AUTHOR:

HEINEMANN, MAX

TITLE:

QUAESTIONES ZONAREAE, PARTICULA I

PLACE:

DRESDAE

DATE:

1895

Master Negative #

91-80124-2

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record


Heinemann, Max, 1864-
Quaestiones Zonareae, particula I; dissertatio inauguralis quam... scripsit Max Heinemann... Dresdae, typis B.G.Teubneri, 1895.
54 p. 23 cm.

Thesis, Leipzig.
Bibliography, p.[53]-54.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 mm REDUCTION RATIO: 11x 2A
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 7/2/91 INITIALS BH
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT





AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202







Centimeter



Inches







MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

He ermann

estiones Ze

QUAESTIONES ZONAREAE.

PARTICULA I.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM ORDINE LIPSIENSI RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

MAX HEINEMANN

DRESDENSIS.

DRESDAE

TYPIS B. G. TEUBNERI

MDCCCXCV.

Patris manibus et matri

sacrum.

Cum his temporibus multi viri docti, qui studiis Byzantinis operam dant, valde optaverint, ut quaecunque constant de singulis scriptoribus Byzantinis, colligantur, liceat mihi, quae de Ioanne Zonara exquisivi, hic breviter exponere. Priusquam autem haec disseram, pauca de controversia, quae est de enuntiando nomine auctoris, utrum sit pronuntiandum 'Zonāras', an 'Sónăras', an neograece 'Sonarás' (*Ζωναρᾶς*), praemittam.

Cap. I.
De nomine Zonarae.

Nomen integrum exhibent tituli codicum *Ἰωάννης ὁ Ζωναρᾶς*. Cum ex hoc nomine, tum ex illis *Ἰωάννης ὁ Ἐλαδᾶς*, *Μιχαὴλ ὁ Ἀνεμᾶς*, *Μιχαὴλ ὁ Τοξαρᾶς*, *Λέων ὁ Σαλιβαρᾶς*, *Νικήφορος ὁ Καλλωνᾶς* cognoscitur ὁ *Ζωναρᾶς* primitus fuisse agnomen, quod, ut saepissime fiebat, nomen proprium ipsum paulatim submovit.

Antiquis temporibus nomen non invenitur, sed aetate mediae graecitatis quamvis raro commemoratur et gentis nobilissimae cognomen fuisse videtur. Praeter hunc Zonaram apud Theophanem, qui fertur 'continuatus', Constantino Porphyrogenito[1]) VII. (911—959) imperatore, Zonaras quidam[2]) fuisse

1) Liutprandi Cremon. Antapod. I, 6: Porphyrogenitum autem non in purpura, sed in domo, quae Porphyra dicitur, natum appello. idem III, 67: Porphyrogenitum autem non in purpura, sed in domo, quae Porphyra, ut superius scripsimus, dicitur, natum appello. cfr.: Zedler, Universallexikon s. v. Porphyrogeniti; Gerardi Ioannis Vossii, de historicis Graecis, II, pg. 244, ed. Westermann 292; praeterea Constantini Manasses Annales v. 4470 ed. Leuncl. Basil. 1573 pg. 118 et ed. Meursius Lyd. 1616 pg. 172.

2) Theoph. contin. VI, 8, pg. 442. ed. Bonn: *ὁ δὲ πρωτοκαγκελλαρίῳ αὐτοῦ σὺν τῷ λεγομένῳ Ζωναρᾷ προσδιορισάμενος κτλ.*

narratur, deinde Nicolaus Zonaras in sigillo quodam commemoratur a Schlumberger[1]), qui illum aetate Comnenorum fuisse putat, sed ego eundem fuisse Nicolaum, quem e Chrysobulla Basilii II. (976—1025) anno 997 (6505) edita novimus[2]), dixerim. Quam rem decernere nunc non vacat. Denique a Montefalconio in Palaeographia (Lib. I. pg. 102.) Lucas Zonaras producitur, qui anno 1453. Pappi Alexandrini librum emit. Utrum hi Zonarae illi scriptori notissimo cognati vel affines fuerint necne, demonstrari neque potest neque opus est.

Hodie nomen Zonaras in lingua, qua utuntur ii, qui nunc habitant Graeciam, et nomen proprium et agentis reperitur; nam unde sit ductum nomen, apertum est; primitus eum, qui *ζώνας* vel cingula fecit, significabat. Ex nomine artificis autem, ut etiam apud nos fiebat, paulatim nomen proprium ortum est.

Nunc de enuntiando nomine Zonarae agatur. Cum antea 'Zonáras' eodem modo, quo scribebatur, pronuntiaretur, Niebuhrius, ille vir doctissimus, qui primus[3]) eruditorum animos rursus ad Zonarae auctoritatem advertit, illius nomen, cum sit 'neograecum' Sónaras esse enuntiandum censuit[4]). Neque tamen Niebuhrii sententia probata esse videtur; nam paucis annis post

---

1) Gustav Schlumberger, Sigillographie de l'empire byzantin, Paris. 1884, pg. 162: Je ne possède pour ma part aucun sceau d'un des magistrats suprêmes de ces deux provinces (Thrace et Macédoine), mais seulement celui d'un fonctionnaire de second rang, un juge, membre de la famille byzantine bienconnue des Zonaras, qui a donné un historien à l'empire, Jean Zonaras, et de nombreux fonctionnaires à l'administration impériale. Celuici s'appelait Nicolas Zonaras. La légende est: *ΘΚЄ Β'Θ' ΝΙΚΟΛΑΩ ΚΡΙΤΗ ΘΡΑΚΙЄ ΚΑΙ ΜΑΚΕΔΟΝΙΑΣ ΤΩ ΖΩΝΑΡΑ* (Mère de Dieu, prête secours à Nicolas Zonaras, juge de Thrace et Macédoine (époque de Comnènes). et pg. 718 ibidem.

2) Fr. Miklosich, bibl. slav. I. 1851. Historische Denkmäler in den Klöstern des Athos v. Joseph Müller, pg. 149, et: Karl Hopf, Ersch u. Gruber. Encyclopaedie I. Sekt. Bd. 85, pg. 133.

3) Niebuhr, Vorträge üb. röm. Gesch. I, 1, 65 ... man hatte ihn früher übersehen, ich habe zuerst darauf aufmerksam gemacht.

4) Niebuhr, ibidem. I, 1, 65 Anm. Zonaras ist ein neugriechischer Name und daher 'Sónaras' auszusprechen, nicht Zonáras; es ist durchaus unrichtig, die neueren Namen nach altgriechischer Weise zu sprechen.

Passovius[1]), quem praemature e vita decessisse omnes viri docti valde dolent, pollicitus est se hanc controversiam ad certum finem esse perducturum, sed mors, ne promissum persolveret, impedivit. Hic assensus esse videtur Niebuhrii sententiae, quam cum multi sequerentur, alii accipere noluerunt; nam hodie alii 'Sónăras', alii 'Zonāras', alii 'Sonarás' eloquuntur et suam quisque elocutionem defendit.

Qua de causa in hanc rem inquirere mihi liceat.

Cum codices ubique *Ζωναρᾶς* exhibeant, legimus tamen in Henrici Stephani thesauro linguae graecae et in encyclopaedia theologica Herzogii et Plittii (vol. 17) et in Papii lexico nominum et alibi, nescio qua ratione, *Ζωνᾱρας, α, ὁ*. Quin nomina ex auctoritate codicum sint scribenda, non dubium est, praesertim cum hodie, ut supra commemoravimus, haec forma nominis *Ζωναρᾶς* vel *Ζουναρᾶς* exstet.

In mediae et novissimae aetatis sermone Z (sita) littera consonans eadem fere est ac *S* mollis, cuius rei Luitprandus Cremonensis testis est, qui in libris, qui sunt 'Antapodosis' et 'de legatione'[2]), graecas voces latinis litteris transscripsit; unde intelligimus iam ante Zonarae aetatem Z in media saltem voce ut Σ enuntiatam esse.[3]) Voces quidem, quae a Z incipiunt, scripsit latine cum Z, ut *Ζόη* = Zoi, *Ζεὺς* = Zeus, *ζωγραφίαν* = zographian; sed, si consideramus, quae iam antiquis temporibus Dionysius Halicarnassensis[4]), aetate media Du Cangius[5]), hisce temporibus Sophocles[6]), alii doc-

---

1) in epistula nondum edita a Bekkero rectore Ratzeburgensi ad Pinderum data, quae nunc latet in scriniis academiae Berolinensis sunt haec: „Dass der Name Zonaras mit kurzer Paenultima ausgesprochen werden müsse, versprach mir der selige Passow zu beweisen; doch ist die Sache nachher in Vergessenheit gekommen.“ (Aufschrift: Herrn Dr. Pinder, Luisenstr. 25. Berlin; Unterschrift: Ratzeburg, d. 29. Novbr. 1839 Dr. Bekker, Dir. u. Professor.)

2) Luitprandus Cremon. cfr. 3, pg. 15 (ca. 950 p. Chr.).

3) *ἔσφαζες* transscriptum est 'esphases.'

4) Dionys. Halic. de compos. 14. *τὸ μὲν ζ διὰ τοῦ σ καὶ δ.*

5) Du Cange, med. et inf. graec. gloss.: Z suavius effertur Latinorum *z*, aequivaletque simplici *s*, cum in medio dictionis ponitur, ut in hac voce musa, *ζ* post *τ* sonat *σ* ut in hac voce *ἔτζι*, constat et in aliis pluribus.

6) Sophocles, Greek lexikon 1884. s. v. Z pg. 553/4.

tissimi viri[1]) de *Z* dixerunt, Niebuhrii sententiae esse assentiendum censeo et hodiernam pronuntiationem 'Sonaras' priori praeferendam.

Nunc de exitu *ᾶς* disseramus. Cum exitus *ᾶς* antiquae linguae Graecae e diversis ac variis syllabis contractus vel mutilatus nisi in nominibus propriis non reperiatur, quibus ut brevius et commodius uti possent antiqui breviabant, ut *'Αλεξᾶς* ortum ex *'Αλέξανδρος*, *Δημοσθᾶς* e *Δημοσθένης*, *'Επαφρᾶς* ex *'Επαφρόδειτος*, *Νικομᾶς* e *Νικομήδης*, *Ζωσᾶς* e *Ζωσίππος*[2]), exitus *ᾶς* mediae aetatis et infimae partim quidem eadem, partim nomina agentis, vel opificis, vel artificis, vel negotiatoris[3]) significat, quae, ut mos est, nomina propria fieri possunt; nonnulla horum nominum fuerint ea, quae germanice 'Kosenamen' vel 'Spitznamen' dicuntur[4]). Verum tamen exitus *ᾶς* mediae et infimae graecitatis non solum proprius nominum agentis est, quae saepissime a diminutivis, quorum finis omittitur, hoc exitu adiuncto componuntur, sed etiam contractus est ex aliis quidem syllabis, nequaquam ex eisdem quae supra dicta sunt *-ανδρος*, *-ένης*, *-όδειτος*, *-ήδης*, *-άνης*, *-ίππος*, velut ex *-άκης*, *-άκιος*, *-άδιος*, *-αῖος*, praecipue ex iis, in quibus *α* vocalis praeponderat.[4]) Ut intellegantur, quae dixi, afferam exempla: *ἐλαδᾶς* (ὁ *'Ελαδᾶς*

---

1) Curtius, Griech. Gramm. 4, § 5; Sander, Gramm. d. neugr. Sprache; Rangabé, D. Ausspr. d. Gr.² 1882, 16; Meyer, Griech. Gramm. etc.; O. Keller, N. Jhb. f. Phil. 1886, 710; Blass, Üb. d. Ausspr. d. Griech.² 1882, pg. 95 sqq. — Gustav Meyer, Neugriech. Studien III (Sitzungsberichte d. K. K. A. d. Wissensch.), Die lateinischen Lehnworte im Neugriechischen, 1895, mihi non praesto fuit.

2) Pape, Griech. Wörterbuch III, 1, XVIII. Die auf *ᾶς* endigenden Eigennamen aber sind teils Fremdwörter, teils werden sie von den Alten schon für wunderliche Verstümmelungen erklärt, z. B. *'Επαφρᾶς* = *'Επαφρόδειτος*, *'Επικτᾶς* = *'Επίκτητος*, *'Αλεξᾶς* = *'Αλέξανδρος*; auf diese Art die übrigen zu erklären ist zu gewagt, zum Teil stimmen sie überdies mit den eben angeführten überein, sodass sie nur dialektisch verschieden zu sein scheinen oder blosse Zusammenziehungen aus *έας* sein können. cfr.: Alessio da Somavera, Tesoro della lingua Greca-volgare ed. Italiana. 1709. Parigi.

3) Sophocles, Greek lexicon of the Roman and Byzantin periods; introduct. pgg. 24, 25, 36. *ΑΣ* Gen. *ᾶ* dealer in, maker of, keeper of *ἀσβεστᾶς*, *βελονᾶς*, *ἐλαδᾶς*, *καταβλαττᾶς*, *κερατᾶς*, *κρασᾶς*, *κτενᾶς*, *ὀξυγαλατᾶς*.

4) Fick-Bechtel, Die griech. Personennamen² 1894. pg. 16; 331 etc.

Theoph. cont. 380, 18; ὁ *'Ελλαδᾶς* Sym. Mag. 717, 23, Georg. Mon. 873, 22, ed. Bonn. ὁ *'Ελαδᾶς*) ab *ἐλάδιον* (fine *ιον* amisso, *ᾶς* adiuncto) derivatum est, similiter *ὀψαρᾶς* (hodie *ψαρᾶς*, ὁ)[1]) ab *ὀψάριον*, a *πιττάκιον* *πιττακᾶς*, a *τοξάριον* *τοξαρᾶς* (ὁ *Τοξαρᾶς* Sym. Mag. 723, 18; *Κωνσταντῖνος* ὁ *Τοξαρᾶς* Georg. Mon. 830, 5) ex hodierno sermone: vel ab *ὡρολογάκι*, *ῥολογάκι* *ὡρολογάς*, *ῥολογὰς* ὁ, *ψαλιδάς* a *ψαλιδάκι*, *ψωμᾶς* a *ψωμάκι*; *βασιλᾶς* (*βασιλας*) a *βασιλάκιος* (*βασιλάκι*) vel *βασιλάκης*. Quae exempla aliaque, quae facile inveniuntur apud Sophoclem et Skarlatum[1]), docent nomen *Ζωναρᾶς* (hodie *Ζουναρᾶς* ὁ) a *ζωνᾰριον* (hodierno *ζουνάρι*, e quo *ζουναράκι* emanasse constat) derivandum esse, praesertim cum simplicis vocis *ζώνη* (*ζώνιον*) derivata *ζωναῖος* et *Ζωνᾶς* exstent. Quibus expositis dilucidum est paenultimam nominis *Ζωνᾰρᾶς* brevem esse, cum a diminutivo *ζωνᾰριον* ductum sit, ergo falsa est ratio scribendi *Ζωνᾶρας*[2]) et lege latina, qua plerumque utimur, pronuntiandi adhibita nobis est pronuntiandum 'Sónăras' vel hodiernum sermonem sequentibus Sonărás'. Tertium non datur.

Cap. II.
De vita atque aetate Zonarae.

Ubi, quando natus sit, ex quo duxerit originem auctor ipse nihil usquam ipse indicavit neque quidquam in libris manuscriptis additum est. Attamen vitae eius spatium epitome historiarum sola, cum in scriptis theologicis praefatione una[3]) excepta nihil de rebus suis protulerit, ferme circumscribi potest; neque epitome satis multa continet, ut accuratius de vita eius instituamur. Nam quae narrat et reprehendit Zonaras, velut sua aetate sacerdotia venire et redimi[4]) vel multos nobiles

---

1) Sophocles, Greek lexicon New-York 1888. — Skarlatos *Δ τοῦ Βυζαντίου*, *Δέξικον τῆς καθ' ἡμᾶς 'Ελληνικῆς διαλέκτου*³. 1874. Athen. — Alessio da Somavera l. c. s. v. *Ζωναράς*.

2) pg. 7, 12.

3) Praef. in canones apost. et concil. commentarii ed. Beveregii Pand Canon I. XVI. et Du Cangii Praef. ad. epit. XXI. ed. Bonn.

4) Zonar. lib. II, 12: *εἰδὲ τὸ τὴν ἀνίερον ἐκείνην ἱερωσύνην ἀποδίδοσθαι χρημάτων ἁμαρτία λελόγιστο, τί ἂν τις εἴποι περὶ τῶν πωλούντων καὶ ὠνουμένων τὴν θείαν ὄντως ἱερωσύνην, τὴν τῆς φρικτῆς καὶ ἀναίμακτον θυσίας τελεστικήν.*

comam in cincinnos implexam habere[1]), vel imperatores suae aetatis a patrio vestitu recedere barbaricaque veste uti incipere[2]), nullam dant ansam ad aetatem auctoris definiendam. Alios igitur locos adeamus necesse est, quibus accuratius ille indicavit quaedam de aetate sua.

Ex iis enim, quae de Roma nova, id est Constantinopoli, anno 330. p. Chr. n. condita narrat Valentem, caeli siderumque peritum,[3]) cum novam urbem praenuntiaret, sescentos nonaginta sex annos mansuram esse, valde erravisse, cum ille temporis terminus iam aliquanto praeterierit, efficitur, ut Zonaras aliquanto post 1026 annum (330 + 696) vixerit. Deinde certum est eum temporibus Alexii Comneni eiusque filii Joannis Comneni, quem rerum scriptores libentissime *'καλοιωάννης'* appellant, floruisse et Constantinopoli fuisse, quia libro tertio decimo[4]) et duodevicesimo[5]) ingentem Apollinis statuam, quam a Constantino Magno exstructam in urbe usque ad sua tempora exstitisse dicit, paucis annis ante obitum Alexii Comneni tempestate deiectam multos homines interfecisse ita refert, ut eum ipsum hoc suis oculis vidisse vel ab aequaeli audivisse sit

1) Zonar. VII, 17. fin. *οἷοι νῦν πολλοὶ περὶ τὰ βασίλεια· ἐκεῖθεν δὲ τοῦ κακοῦ παρεισφθαρέντος εἰς τὸ πολίτευμα, καὶ ἁπανταχοῦ κικινάτους ἔστιν ὁρᾶν.*

2) Zonar. X. 28. *Τούτῳ μὲν οὖν υπάτῳ ὄντι καὶ στρατηγῷ Ῥωμαίων εἰς αἰτίαμα ἐλογίσθη ἡ ἐξωτῶν πατρίων στολὴ τοὺς δὲ νῦν βασιλεῖς Ῥωμαίων πῶς ἄν τις ἐξαιρήσαιτο μώμων καὶ αἰτιάσεως μεταμφιεννυμένους παρὰ τὰ πάτρια, καὶ οὐκ ἐνίοτε ἀεὶ δὲ κεχρημένους ἐσθῆτι βαρβαρικῇ;*

3) Zonar. XIII, 3: *ὅτε, ὥς τινες ἱστορήκασι τὸν ἀστρονόμον καλέσας Οὐάλεντα, τῶν τότεπερὶ τὴν τέχνην ταύτην ἐσχολακότων τὸν ἀκριβέστερον, ἐκέλευσεν ἐπὶ τῷ γενεθλίῳ τῆς πόλεως συντάξαι θεμάτιον, ἵν' ὁπόσους μέλλοι διαμεῖναι αὕτη γνοίη ἐνιαυτούς. ὁ δὲ εἰς ἑξακοσίους καὶ ἐνενήκοντα πρὸς τοῖς ἓξ ἐνιαυτοὺς διαρκέσαι αὐτὴν ἀπεφοίβασεν. οἵπερ ἤδη καὶ παρερρυήκεσαν πρὸ πολλοῦ.*

4) Zonar. XIII, 3 ed Dind. vol. III. 182, 22: *ὃ καὶ μέχρις ἡμῶν διήρκησεν ἐπὶ τοῦ κίονος ἑστηκός. πέπτωκε δὲ βασιλεύοντος Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ, ἀνέμου πνεύσαντος βιαίου τε καὶ σφοδροῦ.*

5) Zonar. XVIII, 26. fin. *ἔπνευσε δέ ποτε τούτου κρατοῦντος καὶ ἄνεμος σφοδρός τε καὶ βιαιότατος ὥρας οὔσης ἐαρινῆς, ὑφ' οὗ πολλά τε ἄλλα συνέβη συμπτώματα καὶ ἡ ἐν τῷ κυκλοτερεῖ καὶ μεγίστῳ πορφυρέῳ κίονι τῷ κατὰ τὸ λεγόμενον Πλακωτὸν ἑστῶτι ἱδρυμένη στήλη κατήνεκτο καὶ πολλοὺς ἀνεῖλε τῶν παρατυχόντων ἐκεῖ.*

apertum. Cum vero libros suos auctor morte Alexii Comneni anno 1118[1]) finiverit, cuius rei ipse testis est his verbis extremi libri XVIII.: *'ἐνταῦθά μοι τὸ πέρας ἤτω τῆς συγγραφῆς καὶ ὁ δρόμος στήτω τῆς ἱστορίας, ὅς μοι πρὸς μακρὸν ἐκμεμήκισται. δοῦναι γὰρ γραφῇ καὶ τὰ λείποντα οὔ μοι λυσιτελὲς οὐδ' εὔκαιρον κέκριται'*, terminum certum habemus, ex quo in computando proficisci possimus.

Quodsi secuti rationem Alexandrinorum, qui homines quadragesimo circiter anno florere vel *ἀκμάζειν* putabant, Zonaram paulo post Alexium anno 1118 mortuum[1]) floruisse eoque tempore opus suum principale composuisse dicimus, si porro addimus, quae in praefatione epitomes auctor scripsit: *οὕτω τε κατιὼν ὁ λόγος μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς γεγονότων αὐτοκρατόρων, περαίνει τὴν συγγραφήν, πολλῶν ἐν τῷ μέσῳ καὶ ἀποκρύφων ἄλλων μεμνημένος ἱστοριῶν,'*[2]) pervenimus ad annum 1078, quo Michaëli VII. Parapinaci (1071—1078) Nicephorus Botoniates successit, quo Zonaras fere natus videtur esse. Sin autem amplissimorum, quibus functus est auctor, honorum et verborum, quae facit de agnomine Michaëli VII. dato[3]) *'σίτου δὲ γενομένης ἐνδείας ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ βασιλέως τούτου, ὥστε μὴ ὅλον μέδιμνον εἰς νόμισμα ἀποδίδοσθαι, ἀλλὰ παρὰ πινάκιον, εἰς ἐπώνυμον τῷ βασιλεῖ τὸ κοιν· δυστύχημα ἐχρημάτισε, ὡς καὶ μέχρι τοῦδε οὕτω καλεῖσθαι τοῦτον τὸν ἄνακτα· οὐ γάρ τις ἄλλως γνωριεῖ τοῦτον εἰ μὴ τὸν Παραπινάκιον εἴποι'* rationem habemus, adducimur, ut natum esse illum non post annum 1078 neque ante annum 1070, existimemus quia cum ex his tum ex illis, quae supra commemoravi *'οὕτω τε κατιὼν ὁ λόγος μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς γεγονότων αὐτοκρατόρων, περαίνει τὴν συγγραφήν'* apparere videtur Zonaram et 1118 aetate grandiorem quam quadraginta annos natum fuisse et fortasse iam Michaële VII. imperante vixisse.

Itaque haud valde, opinor, errabo, si auctorem circiter 1075 natum esse dicam.

1) Zonar. XVIII, 29, ed. Dindorf IV, 258: *ἔθανε δὲ (ὁ Ἀλέξιος) κατὰ τὸ ἑξακισχιλιοστὸν ἑξακοσιοστὸν εἰκοστὸν ἕκτον ἔτος, τὴν μὲν βασιλείαν διηνυκὼς εὐτυχῶς, τὸ δέ γε τέλος οὐχ ὅμοιον ἐσχηκώς.*

2) Zonar. praef. cap. IV. fin.

3) Zonar. XVIII, 16 cap. fin. Cedren-Scyl. ed. Bonn. 714 pg. 15/18.

De pueritia, de iuventute, de educatione ac disciplina, quae quin nobili generi Zonarae[1]) consentanea fuerit nemo dubitabit, cum summos ad honores ascenderit, nihil usquam comperimus. Ne muneribus quidem, quibus functus est, cum ipse taceat, quidquam accepissemus, nisi e titulis epitomes aliorumque librorum[2]) Zonaram magnum drungarium vigiliae et primum a secretis Alexio imperatore (1081—1118) fuisse appareret. Nec vero hic locus est, ut exponam auctoritatem harum dignitatum. Quibus de officiis certior fieri qui velit, inspiciat, quaeso, hos libros: Constantini Porphyrogeniti de caerimoniis (II, 622; II, 72 comm. Reisk.), Codini Curopalatae de officialibus Palatii C-politani et de officiis Magnae ecclesiae (cap. II comm. Gretseri et Goari, ed. Bekk. 189, 192, 213/15, 219 pgg.), Leunclavii ius graeco-romanum (184 pg.), Medonii indicem officiorum (cap. IV, V, XVI), Schlumbergeri Sigillographie de l'empire byzantin (pg. 340, 344). Satis igitur constat haec munera non inferiora esse; nam apud Codinum munus magni drungarii loco vicesimo quarto, primi a secretis loco undetricesimo inter duodeoctoginta honores enumeratur[3]). Hac maxime de causa mihi non dubium esse videbatur, quin Zonaras nobili loco natus esset, quod iam supra occasione data[4]) commemoravi. Quin ille Alexii superstes fuerit, omnino dubitari non potest, primum quia epitomen suam usque ad obitum Alexii perduxit neque ultra res scripsit, quippe quod ei non utile esse videretur[5]), quasi successorem huius imperatoris timeret,

1) v. s. 5, pg. 17.

2) *ἐπιτομὴ ἱστοριῶν συλλεγεῖσα καὶ συγγραφεῖσα παρὰ Ἰωάννου μοναχοῦ τοῦ ζωναρᾶ (τοῦ) γεγονότος μεγάλου δρουγγαρίου τῆς βίγλας καὶ πρωτοασηκρήτις.—Ἐξήγησις τῶν ἱερῶν καὶ θείων κανόνων τῶν τε ἁγίων καὶ σεπτῶν ἀποστόλων καὶ τῶν ἱερῶν οἰκουμενικῶν συνόδων, ἀλλὰ μὴν καὶ τῶν λοιπῶν ἁγίων πατέρων πονηθεῖσα Ἰωάννῃ μοναχῷ τῷ Ζωναρᾷ τῷ γεγονότι μεγάλῳ δρουγγαρίῳ τῆς βίγλας καὶ πρωτοασηκρῆτις. κτλ.*

3) Leunclavius, l. c. 184 ponit officium magni drungarii in vicesimo sexto loco et primi a secretis in tricesimo altero loco honoribus nonaginta uno enumeratis, sed Codinus non omnes dignitates commemorasse videtur.

4) v. s. adn. I.

5) Zonar. XVIII, 29 fin. — v. s. 11, pg. 3.

deinde quia scholas orbis liberis institutas ab Alexio usque ad eum diem, quo scripsit annales, exstitisse[1]) narravit[2]), postremum quia mores Alexii eiusque res gestas consulto laudavit, quasi imperium Ioannis Comneni moleste ferret. Neque enim diu Ioanne Comneno imperatore in Urbe versatus esse videtur; nam quamquam fieri potuisse puto, ut eam sua sponte relinqueret, tamen earum rerum, quae Alexio moriente et mortuo in aula evenerunt, ratione habita[3]) verisimilius est Zonaram, cum partes Irenes et Annae fortasse secutus esset, inter coniuratos, qui de Ioanne removendo aut interficiendo se coniuraverant, fuisse et ab Ioanne imperatore victore, qui coniurationem ad vanum et irritum redegit et omnes adversarios statim ex Urbe abduci iussit, muneribus detractis una cum Irene Ducaena, quae sive sua sponte sive coacta in monasterium se contulit, et Anna Comnena in exsilium eiectum esse.[4])

Ut Zonaram coniurationis contra Ioannem factae participem fuisse plane demonstrari non possit, tamen cum ex aliis, tum ex verbis extremae epitomes '*δοῦναι γὰρ γραφῇ καὶ τὰ λείποντα οὔ μοι λυσιτελὲς οὐδ' εὔκαιρον κέκριται*' intellegimus illum ab Ioannis partibus dissensisse; nam sic nemo scribit nisi qui

1) Zonar. XVIII, 24. *Οὗτος ὁ βασιλεύς, τοῦ ὀρφανοτροφείου ἐσχολακότος, ἀλλὰ μὴν καὶ ἄλλων γηροκομείων πολλῶν, τὰς πάντων κτήσεις τῷ ὀρφανοτροφείῳ προσνείμας καὶ αὐτὸς ἑτέρας προσαφορίσας, ἀνεκαίνισέ τε αὐτὸ καὶ ἀνενέωσε πολλοῖς ἀναλώμασι καὶ πλῆθος γηροκομουμένων αὐτῷ ἐγκατέστησεν. ἀλλὰ μὴν καὶ μοναζόντων καὶ μοναζουσῶν ἐν αὐτῷ ἐδείματο καταγώγια: πρὸς δὲ τοῖς καὶ διδασκαλεῖον γραμματικῶν, ἵν' ἐν αὐτῷ δίδασκοιντο παῖδες ὀρφανοὶ ἢ γονέων ἀπόρων, διδασκάλους ἐντάξας αὐτῷ καὶ παιδαγωγοὺς καὶ σιτήσας ἀποτάξας τοῖς διδάσκουσί τε καὶ μανθάνουσι. καὶ τὰ μὲν οὕτως ἔσχε καὶ μέχρι τοῦδε διατετήρηται.*

2) Zonar. XIII, 3; XVIII, 26 cfr., quae de statua Apollinis deiecta attuli pg. 10, 15./18.

3) Nam Ioannem partibus infestis, quibus Irene Ducaena, imperatrix mater cum Nicephoro Bryennio genero faveret eumque imperium adipisci mallet, praefuit, acerrime obstitisse et Zonaram, quippe qui partes Irenes secutus de Ioanne removendo aut interficiendo coniuravisse videretur, ex Urbe expulisse consentaneum est. — cfr. Zonar. XVIII, 28 ed. Dind. IV. vol. pg. 256. — Annae Comnenae Alexias XV, 11 cap., vol. II. 377 ed. Bonn. — Nicet. Acom. ed. Bonn. pgg. 11, 22; 14/15. — Carl Neumann, Griech. Geschichtsschreiber u. Geschichtsquellen d. 12. Jh. pg. 20 sqq.

4) Commentationes Fleckeisenianae pg. 168.

De pueritia, de iuventute, de educatione ac disciplina, quae quin nobili generi Zonarae[1]) consentanea fuerit nemo dubitabit, cum summos ad honores ascenderit, nihil usquam comperimus. Ne muneribus quidem, quibus functus est, cum ipse taceat, quidquam accepissemus, nisi e titulis epitomes aliorumque librorum[2]) Zonaram magnum drungarium vigiliae et primum a secretis Alexio imperatore (1081—1118) fuisse appareret. Nec vero hic locus est, ut exponam auctoritatem harum dignitatum. Quibus de officiis certior fieri qui velit, inspiciat, quaeso, hos libros: Constantini Porphyrogeniti de caerimoniis (II, 622; II, 72 comm. Reisk.), Codini Curopalatae de officialibus Palatii C-politani et de officiis Magnae ecclesiae (cap. II comm. Gretseri et Goari, ed. Bekk. 189, 192, 213/15, 219 pgg.), Leunclavii ius graeco-romanum (184 pg.), Medonii indicem officiorum (cap. IV, V, XVI), Schlumbergeri Sigillographie de l'empire byzantin (pg. 340, 344). Satis igitur constat haec munera non inferiora esse; nam apud Codinum munus magni drungarii loco vicesimo quarto, primi a secretis loco undetricesimo inter duodeoctoginta honores enumeratur[3]). Hac maxime de causa mihi non dubium esse videbatur, quin Zonaras nobili loco natus esset, quod iam supra occasione data[4]) commemoravi. Quin ille Alexii superstes fuerit, omnino dubitari non potest, primum quia epitomen suam usque ad obitum Alexii perduxit neque ultra res scripsit, quippe quod ei non utile esse videretur[5]), quasi successorem huius imperatoris timeret,

1) v. s. 5, pg. 17.

2) *ἐπιτομὴ ἱστοριῶν συλλεγεῖσα καὶ συγγραφεῖσα παρὰ Ἰωάννου μοναχοῦ τοῦ ζωναρᾶ (τοῦ) γεγονότος μεγάλου δρουγγαρίου τῆς βίγλας καὶ πρωτοασηκρῆτις.—Ἐξήγησις τῶν ἱερῶν καὶ θείων κανόνων τῶν τε ἁγίων καὶ σεπτῶν ἀποστόλων καὶ τῶν ἱερῶν οἰκουμενικῶν συνόδων, ἀλλὰ μὴν καὶ τῶν λοιπῶν ἁγίων πατέρων πονηθεῖσα Ἰωάννῃ μοναχῷ τῷ Ζωναρᾷ τῷ γεγονότι μεγάλῳ δρουγγαρίῳ τῆς βίγλας καὶ πρωτοασηκρῆτις. κτλ.*

3) Leunclavius, l. c. 184 ponit officium magni drungarii in vicesimo sexto loco et primi a secretis in tricesimo altero loco honoribus nonaginta uno enumeratis, sed Codinus non omnes dignitates commemorasse videtur.

4) v. s. adn. I.

5) Zonar. XVIII, 29 fin. — v. s. 11, pg. 3.

deinde quia scholas orbis liberis institutas ab Alexio usque ad eum diem, quo scripsit annales, exstitisse[1]) narravit[2]), postremum quia mores Alexii eiusque res gestas consulto laudavit, quasi imperium Ioannis Comneni moleste ferret. Neque enim diu Ioanne Comneno imperatore in Urbe versatus esse videtur; nam quamquam fieri potuisse puto, ut eam sua sponte relinqueret, tamen earum rerum, quae Alexio moriente et mortuo in aula evenerunt, ratione habita[3]) verisimilius est Zonaram, cum partes Irenes et Annae fortasse secutus esset, inter coniuratos, qui de Ioanne removendo aut interficiendo se coniuraverant, fuisse et ab Ioanne imperatore victore, qui coniurationem ad vanum et irritum redegit et omnes adversarios statim ex Urbe abduci iussit, muneribus detractis una cum Irene Ducaena, quae sive sua sponte sive coacta in monasterium se contulit, et Anna Comnena in exsilium eiectum esse.[4])

Ut Zonaram coniurationis contra Ioannem factae participem fuisse plane demonstrari non possit, tamen cum ex aliis, tum ex verbis extremae epitomes '*δοῦναι γὰρ γραφῇ καὶ τὰ λείποντα οὔ μοι λυσιτελὲς οὐδ' εὔκαιρον κέκριται*' intellegimus illum ab Ioannis partibus dissensisse; nam sic nemo scribit nisi qui

1) Zonar. XVIII, 24. *Οὗτος ὁ βασιλεύς, τοῦ ὀρφανοτροφείου ἐσχολακότος, ἀλλὰ μὴν καὶ ἄλλων γηροκομείων πολλῶν, τὰς πάντων κτήσεις τῷ ὀρφανοτροφείῳ προσνείμας καὶ αὐτὸς ἑτέρας προσαφορίσας, ἀνεκαίνισέ τε αὐτὸ καὶ ἀνενέωσε πολλοῖς ἀναλώμασι καὶ πλῆθος γηροκομουμένων αὐτῷ ἐγκατέστησεν. ἀλλὰ μὴν καὶ μοναζόντων καὶ μοναζουσῶν ἐν αὐτῷ ἐδείματο καταγώγια: πρὸς δὲ τοῖς καὶ διδασκαλεῖον γραμματικῶν, ἵν' ἐν αὐτῷ δίδασκοιντο παῖδες ὀρφανοὶ ἢ γονέων ἀπόρων, διδασκάλους ἐντάξας αὐτῷ καὶ παιδαγωγοὺς καὶ σιτήσας ἀποτάξας τοῖς διδάσκουσί τε καὶ μανθάνουσι. καὶ τὰ μὲν οὕτως ἔσχε καὶ μέχρι τοῦδε διατετήρηται.*

2) Zonar. XIII, 3; XVIII, 26 cfr., quae de statua Apollinis deiecta attuli pg. 10, 15./18.

3) Nam Ioannem partibus infestis, quibus Irene Ducaena, imperatrix mater cum Nicephoro Bryennio genero faveret eumque imperium adipisci mallet, praefuit, acerrime obstitisse et Zonaram, quippe qui partes Irenes secutus de Ioanne removendo aut interficiendo coniuravisse videretur, ex Urbe expulisse consentaneum est. — cfr. Zonar. XVIII, 28 ed. Dind. IV. vol. pg. 256. — Annae Comnenae Alexias XV, 11 cap., vol. II. 377 ed. Bonn. — Nicet. Acom. ed. Bonn. pgg. 11, 22; 14/15. — Carl Neumann, Griech. Geschichtsschreiber u. Geschichtsquellen d. 12. Jh. pg. 20 sqq.

4) Commentationes Fleckeisenianae pg. 168.

habet, quod imperatorem timeat. Inter omnes constat Zonaram in monasterium sive coactum sive sua sponte refugisse ibique libros suos composuisse. Quod et ipse testatur[1]) et codices, qui illum monachum fuisse indicant. Quod quo anno evenerit, non satis constat; tamen me errare non arbitror dicentem hoc refugium primo Ioannis Comneni imperio circiter annum 1119. accidisse, quo coniuratione Irenes et Annae[2]) patefacta et oppressa multos, quibus novae res displicerent, a publicis negotiis se removisse notum est. Unde Zedler et Zoeckler[3]) Zonaram uxore liberisque mortuis monachum esse factum acceperint, nescio; nisi forte verba *ἐπειδὴ τοὺς δεσμούς μου διέρρηξε τῶν φιλτάτων* (*στερήσας με*) sic interpretantur; cuius rei causam non intellego, cum saepissime militi et magistratui muneris studioso officium et munus carissimum esse soleat.

Sed quo Zonaras se contulit et ubi scripsit annales suos? Has esse iamdiu notissimas res dixerit quis. In montis Athonis monasterio fuit monachus Zonaras. Quod libentissime probarem, nisi Andreas Thevetus, 'scriptor caeteroquin in aliis haud certae fidei'[4]) auctor esset. Hic enim duobus locis[5])

1) Zonar. praef. ineunt. *ἔδει γάρ με ὡς ἀληθῶς πάλαι τῶν πραγμάτων ἀφέμενον καὶ τυρβάζεσθαι ἀποσχόμενον καὶ τοῦ μέσου μεταναστεύσαντα καὶ καθ' ἑαυτὸν ἑλόμενον ζῆν ἀειφυγίαν τε ἑαυτοῦ καταψηφισάμενον, κτλ.*

2) Carl Neumann l. c. pg. 21: Freier entfaltete sich jetzt die comnenische Politik. Es blieb jedem die Wahl, sich ihr zu fügen und dienend sie zu fördern oder sich zurückzuziehen in Hass, Gleichgültigkeit, allmähliche Vereinsamung. Wenn eine Opposition fortbestand, so hatte sie nur noch litterarische Bedeutung.

3) Zedler, Universallex. s. v. Zonaras — Herzog u. Plitt, Encyclop. d. Theologie s. v. Zonaras.

4) Wilh. Ad. Schmidt, Über die Quellen des Zonaras, Ztschr. f. Altertumswissenschaft. 1839, 30—36 et Dindorf Zonar. VI, III: Der Mönch vom Berge Athos, wenn wir dem Andreas Thewet trauen dürfen ...

5) Andreas Thevetus, La cosmographie universelle, Paris 1575 fol. II, 811a et Pourtraits et vies des hommes illustres, Paris 1584 fol. I, 26b et 27a: ... toutes fois les Grecs du mont Athos m'ont dit, que ce fut en un rocher qui peut avoir de tour (compris les escueilz qui l'environnent) quelque lieue, le plus inaccessible lieu que j'aye veu en toute la mer Egée et Archipelaque, et de present appelé par les Grecs Caloier d'Andros, autrement dict le bon vieillard, les Turcs le nomment

tradidit se in quodam monasterio Montis Sancti, quo nomine mons Athos e chrysobulla imperatoris Constantini Monomachi (1042—1054) appellabatur, quam Josephus Müller[1]) anno 1082 editam esse per errorem dixit, epitaphium Zonarae hisce verbis conscriptum *ΕΝΘΑΔΕ ΖΩΝΑΡΑΣ ΚΕΙΤΑΙ* vidisse. Praeterea narravit idem auctor sibi a monachis rupem monstratam esse, quam Graeci Caloier d'Andros, Turci Cahyra, Judaei Charchas nominarent ubique monasterium pulcherrimum esset, unde Zonaras quinque annos versatus Callinei patriarchae iussu in Athonem rediisset; eumque ibi duodenonaginta annos et septem menses natum e vita decessisse et in monasterio Sti. Eliae sepultum esse. Fide huic auctori habita effectum est, ut hodie ubique fere legamus, Zonaram in monasterio Sti. Eliae montis Athonis annales scripsisse. Quomodo evenerit, ut Zonaras praeterea monachus monasterii Sti. Basilii fuerit, facile est intellectu, quod omnes monachi ecclesiae graecae praecepta Sti. Basilii observant; itaque omnia monasteria Sti. Basilii haberi possunt.[2])

Sed cur fieri non potuerit, ut Zonaras in monte Athone esset et sepeliretur, exponamus; primum, etsi Theveto fidem

Cahyra, les Hébrieux ou Juifs du pays lui donnent le nom de Charchas, auquel y a encores aujourd'huy un fort beau monastère de Grecz... Zonare doncq ayant demeuré cinq ans en ce lieu... Callineus son Patriarche... luy commanda se retirer au mont Athos... où ayant demeuré treize ans, finit ses jours aagé de quatre-vingtz huict ans sept moys, et fut depuis honorablement enterré en l'un des monastères nommé sainct Hélie du dict mont, la sepulture du quel se voit encore de present, couverte d'une pierre jaspée contre laquelle sont escritz ces mots en Greç et la plus part si effacez qu'à grand peine les peut on lire... *ΕΙΣ ΤΟ ΠΑΡΟΝ ΜΝΗΜΕΙΟΝ Ο ΣΟΦΟΣ ΖΩΝΑΡΑΣ ΚΕΙΤΑΙ.*

1) Miklosich bibl. slav.; Joseph Müller 123, adn. 1: Dass die im Altertume Akte genannte Halbinsel der 'heilige Berg' heissen solle, bestimmt Kaiser Konstantin Monomachus durch eine Goldbulle v. J. 1082 und 194. 3. Chrysob. d. K. Konstantin Monomachus, welches bestimmt, dass der Berg Athos 'heiliger Berg' genannt werden solle. Uspensky Verz. d. Urkunden d. Athos 42. Illud 'chrysobullion' anno 1052, quo Constantinus Monomachus aliud quoque chrysobullion edidit, datum esse verisimile est. cfr. Müller pg. 150.

2) Curzon, Visits to the monasteries in the Levant, London 1850, (deutsch von Meissner pg. 188.) et Gass, zur Geschichte der Athosklöster. Giessen 1865 pg. 50.

habere velles, monasterium Sti. Eliae in monte Athone non fuit, sed sola scete[1]) (σκήτη) Sti. Eliae commemoratur prope monasterium *Βατοπαίδιον* (Watopädie).[2]) Neque illis temporibus Callineus patriarcha usquam invenitur.[3]) Deinde epitaphium ipsum et verba epitaphii obstant, ne Athos mons refugium Zonarae fuisse iudicetur, quia, etsi Zonaras ibi fuisset, nullum sepulcrum ei positum inveniretur, propterea quod omnibus qui Athonem viserunt testibus ibi homines sine monumento sepeliri solebant[4]) omniumque minime in elogio legerentur haec verba: *'ΕΝΘΑΔΕ ΖΩΝΑΡΑΣ ΚΕΙΤΑΙ.* vel *ΕΙΣ ΤΟ ΠΑΡΟΝ ΜΝΗΜΕΙΟΝ Ο ΣΟΦΟΣ ΖΩΝΑΡΑΣ ΚΕΙΤΑΙ*, cum non esset mos, ut monacho, si modo mortuo sepulcrum exstrueretur, aliud nomen ac quod monachus habuisset, imponeretur, itaque in sepulcro legi posset: *'Ιωάννης μόναχος ἐνθάδε κεῖται*, nihil aliud. Quod autem Zonaras a certiore auctore quam est Thevetus, cui propterea solum fides habebatur, quod de Zonarae vita solus tradiderat, *μόναχος τῆς μονῆς τῆς ἁγίας Γλυκερίας* et *μόναχος ἐκ τῆς σεβασμίας μονῆς τῆς ἁγίας Γλυκερίας* in titulis librorum manuscriptorum appellatur[5]), 'in monte Athone' monasterium Glyceriae sanctae dicatum

1) Zachariae, Reise in den Orient pg. 237. Qualis sit *σκήτη*, Zachariae docuit: 'Zuweilen liegt eine grössere Anzahl von Cellen (*Κελλία* = Einzelwohnungen) an einem und demselben Orte beisammen, und es bilden sich kleine Dörfer, welche Skitae (*σκῆται, ἀσκητήρια*) genannt werden.'

2) Zachariae, Reise in den Orient. 1840, pg. 226, 269 et Gass, Zur Geschichte der Athosklöster, Giessen 1865, pg. 48—49.

3) Phil. Cyprii Chronol. eccl. — Leunclavii Ius graeco-roman. Chronologia et alii.

4) Fallmerayer Frgm. aus dem Orient 1876[2] II, 36: Kein lebendes Wesen wird auf dem heiligen Berge geboren; denn nur Männer und männliche Tiere sind oben; man stirbt nur, aber ohne Thräne, ohne Monument. Ioan. Comnenus descriptio montis Atho 1701. Montfaucon Palaeogr. gr. 441/499. Nicephor. Gregor. XIV libr. cap. VII, pg. 714/17. ed. Bonn.

5) Lambecii Comment. de bibl. Caes. liber VIII, descr. cod. LI, pg. 995: vigesimo tertio & quidem a folio 321 pg. 2 usque ad fol. 332 pg. 2 Canones quidam miscellani cum expositione graeca Ioannis Zonarae, qui ibi appellatur *Μοναχὸς τῆς μονῆς τῆς ἁγίας Γλυκερίας.*

Ioannis Zonarae in canones Apostol. et concil. commentarius ed. Paris. 1618 pg. 1049: Variae lectiones et supplementa lacunarum regii

fuisse nusquam proditur.[1]) Nisi forte putamus librarium erravisse et monasterium *Γλυγορίου*, quod Bellonius[2]) in Monte Sancto esse commemoravit, idem quod *Γλυκερίας* esse dicimus; tamen hoc *Γλυγορίου* monasterium ab aliis, qui ibi fuerunt, errore Bellonii emendato monasterium *Γρηγορίου* (Grigoriu) inter viginti monasteria montis sancti[3]) enumeratum est. Sed praeter cetera auctor ipse resistit, ne eum in monte Atho vel Monte Sancto moratum esse probemus, qui quin certe alicubi in epitome vel in scriptis theologicis refugium commemoraturus fuerit, si ibi vixisset, non dubito; nam duobus locis epitomes[4]) ipse scripsit de loco, ubi erat, haec: '*παρὰ τῇ ἐσχατιᾷ ταύτῃ ποιουμένῳ νυνὶ τὴν διατριβήν*, et '*αὐτὸς ὑπερόριος ὢν καὶ πόρρω τοῦ ἄστεος ἐν νησῖδι* (*νησιδίῳ A.*) *ἐνδιαιτώμενος.*' Quae notationes non conveniunt Monti Sancto; etsi Adolfius Schmidt[5]) dicit: „dass das *ἐν νησῖδι ἐνδιαιτώμενος* (Zon. p. 471 D) dagegen streite, wie Du Cange (praef.) meint, kann bei der Natur jener Lokalität nicht für ausgemacht gelten', tamen ego Du Cangii sententiam sequens Athonem insulam (*νησίδιον*) appellari posse nego, cum *ἡ ἐσχατιά* monti apta sit.

Du Cangius autem sperabat Thevetum auctorem sequens, se illam insulam esse inventurum, sed frustra operam dedit; suspicabatur eam insulam, 'in qua se degentem libris carere auctor queritur',[6]) Gyarum (Gyaro hodie nomen est Giura vel

Codicis Medicei erutae ex altero regio Henrici II et tertio Augusti Gallandi I. C. in commentarium Ioann. Zonarae in canon. Apost. pg. I. *Δρουγγάριος τῆς βίγλας* | *τῆς βίγλης* G(allandi) et inserebat post vocem *μοναχῷ* | *ἐκ τῆς σεβασμίας μονῆς τῆς ἁγίας Γλυκερίας.*

1) Du Cange praef. Zon. ep. in ed. Bonn. I, IX ann.

2) Belon, descriptio montis Atho apud Montfaucon Palaeogr. gr. LVII pg. 437, 25. Z. et Bellonii liber memor. rer. in Graecia et Asia. pg. 41. Montis igitur ambitum sequentibus et ex Laura digressis primum occurrit monasterium Agiu Paulou, quod insulae Scyro obiectum est, deinde monasterium Dionysiu, tertio Glycoriou, quarto Russio Russiae peculare.

3) Gass, zur Geschichte der Athosklöster, Giessen 1865 pg. 46./47. etc.

4) Zonar. ep. praef. cap. II. ed. Bonn. I, 8 et lib. IX, 31, ed. Bonn. II, 297.

5) Zeitschr. f. Altertumswissensch. 1839, 30/36 Anm.; Zonar. ed. Dind. VI. vol.

6) Zonar. IX, fin. 31. et praef. ed. Bonn. pg. 8; 13.

Joura (Jura) Zedler u. a.) fuisse, quo multos viros nobiles temporibus imperatorum Romanorum in exsilium missos esse nemo ignorat.[1]) Sed ut praetermittam Du Cangium ipsum, num Zonaras eo secesserit, dubitare, quia monasterium Stae. Glyceriae ibi non fuerit, Gyaros illa insula fuisse non potest, cum Thevetus rettulerit insulae fuisse nomen Caloier d'Andros; insula eiusdem nominis, hodie Calori, Calojero d'Andro appellata,[2]) sita est prope Andrum (38° 9′ 59″, ad septentrionem et orientem solem spectans ab Andro). Quam insulam neque ab Athone conspici posse, ut refert Thevetus, neque monasterium Glyceriae habuisse notum est. Illum montem praeruptum, quem Thevetus de monte Athone conspexit, eundem fuisse verisimile est, quem Curzon (l. c. pg. 208) commemoravit his verbis: 'An der Meeresküste, nicht weit von Sphigmenu, befinden sich die Ruinen des Klosters St. Basilii, einer kleinen felsigen Insel im Meere gegenüber, welches ich an diesem Punkte verliess.'[3]) Hic dixerit quis haec loca convenire iis quae Thevetus descripsit, sed haec repello, cum relego adea, quae supra de ordine Sti. Basilii[4]) et de monte Athone, qui insula dici non potest,[4]) exposui, et praeterea commemoro Zonaram, si in monte Athone fuisset, in titulis librorum manuscriptorum certe **ἱερομόναχον** appellatum esse, cum monachi montis sancti semper *ἱερομόναχοι*[5]) nominarentur, neque eum de penuria librorum necessariorum in Monte Sancto conquesturum fuisse,[6]) ubi bibliothecas

1) Iuvenal. I, 73; X, 170. Tacitus, ann. III, 68; Plin. hist. nat. IV, 12; VIII, 29. Strabo X, 485; Steph. Byz. s. v. *Λουκιανός*.

2) Curzon l. c. (Meissner) pg. 210. — Christophori Bondelmonti liber insular. Archipelagi § 29: Inter Chium que Andron scopulus eminens Caloierus dictus rupibus rapacissimis solus est. Unde calos graece latine bonus et geros senex id est bonus senex inde Caloieros interpretatur per antiphrasin, quia valde malus et a navigantibus minacissimus omnibus reperitur temporibus.

3) Christophori Bondelmonti liber insular. Archipelagi § 76. Consurgit eorum dictis insulis scopulus Stus. Helius, qui sublimior aliis, ubique minatur, in cuius cacumine ecclesia parva insurgebat et ibi Caloigerus serviens deo. etc.

4) pg. 15; 16; 17.

5) Gass, z. Geschichte d. Athosklöster, Giessen 1865. pg. 50, 53.

6) Zonar. praef. cap. 2. pg. 8./13. ed. Bonn. vol. I.; vol. II. 297. lib. IX, 31.

libris abundasse omnes, qui illum montem descripserunt, testantur.[1])

Lemnus deinde, quam in insulam Stae. Glyceriae reliquiae ab Heraclea Thracica translatae erant et in qua St. Glyceria sic celebrabatur, ut incolae vocarentur **Γλυκερῖται**,[2]) refugium Zonarae judicabatur, sed incommode accidit, quod neque monasterium Glyceriae dicatum ibi fuisse, qui in his regionibus versati sunt, tradiderunt neque Lemnus insulula est, etiamsi quis dixerit auctorem illam insulam stomachose vel contemptim sic significasse, ut saepe accidit. Qua in re sumitur auctorem invitum et coactum ac non voluntarium in monasterio fuisse. Quam sententiam non nego,[3]) praesertim cum se ipse exsulem appellet his verbis: '**αὐτὸς ὑπερόριος ὤν**' (IX, 31, ed Bonn II, 297); nam **ὑπερόριος** idem valet atque exsul, expulsus, profugus.[4])

Quid? Omnibus locis, Athone, Gyaro, Lemno repudiatis ubi fuit Zonaras, ubi fuit **νησίδιον** vel **ἐσχατιά**?

Cum auctor nihil aliud nisi **νησίδιον** scripserit in epitome, suspicor hunc locum amicis et eis, qui epitomen legerent, tam notum fuisse, ut non accuratius significandum esse putaret auctor,

1) Praeterea: Gardthausen Paläogr. pg. 412 Athos. — Spiridion Lambros (deutsch. v. Boltz): Bibliotheken der Kloster des Athos. — Katalog bei Sathas Biblioth. I, 268—284 (*μεσαιωνικὴ βιβλιοθήκη*) 1845 Wiener Jhbb. f. Litteratur. — Gass, zur Geschichte der Athosklöster, Giessen 1865, pg. 39—46. — Bayet et Duchesne, mémoire sur une mission au mont Athos 1876. — Zachariae, Reise in d. Orient 227. — Bellonius lib. memor. rer. in Graecia et Asia Luyd. 1605 pg. 41—45. — Valde doleo, quod Langlois, le mont Athos 1867; Miller; praecipue, Manuel Jo. Gedeon, *ὁ Ἄθως*, *Ἀναμνήσεις*, *Ἔγγραφα*, *Σημειώσεις* (Konstantinopel 1885) inspicere non potui. Commemoratu dignus est tractatus 'Vom Dionysuskloster auf dem Athos', quem scripsit J. Draesecke. Byz. Ztschr. II, 79—95. — et Spiridion Lambros ibid. 609. pg. — Murr G. F. de Lettre à Villoison sur les bibliothèques du Mont Athos pp. Omont Revue d. bibl. II, 2, 82/85. — Bischof Porphyrij Uspenskij, Geschichte des Athos (russ.) voll. III ed. kaiserl. Akad. d. Wissenschaften, St. Petersburg 1892.

2) Acta Sanctorum m. Mai t. iii. pg. 189/92 et m. Sept. t. v. 277 F. cfr. Arch. Epigr. Mitteilg. 8, pg. 227. — Theophylactus Symocatta I, 11, pg. 54. et VI, I, pg. 241. (Glyceria) ed. Bonn.

3) pg. 13.

4) Steph. Thes. s. v. *ὑπερόριος*.

ubi moraretur; omnes noverant, quae esset insula. Atque diu quaerendo inveni complures insulas, quae, ut ita dicam *κατ' ἐξοχὴν νῆσοι* vel hodierno sermone '*Νησιὰ*' (nisi, nisia) vocabantur et vocantur[1]); eaedem sunt insulae, quibus nomen est 'Demonesi' vel 'Prinzeninseln'[2]); hoc nomen acceperunt a maxima, quae *Πρίγκιπος* dicitur. Unam ex his insulis fuisse consecratam Stae. Glyceriae ibique fuisse monasterium eius cum Orelli[3]), Martinière[3]) testantur, tum haec bulla aurea Imperatoris Manuelis Comneni (1143—1180) anni 1158: '[*Χρυσόβουλλον*] *κατὰ τὸν μάρτιον μῆνα τῆς σ' ἰνδ. τοῦ ͵σχξσ' ἔτους ἐξενεχθὲν καὶ καταστρωθὲν ἐν πᾶσι τοῖς σεκρέτοις παρακελεύεται μετὰ τὸ προοίμιον ταῦτα ῥητῶς· α'. Ἔφθασε μὲν οὖν πρὸ χρόνων τινῶν χρυσόβουλλον λόγον ἐπιβραβεῦσαι ἡ βασιλεία μου τοῖς τε κατ' αὐτὴν τὴν βασιλίδα τῶν πόλεων διακειμένοις εὐαγεστάτοις μοναστερίοις, καὶ τοῖς κατὰ τὸ δυτικὸν μέρος τοῦ στενοῦ, ὅσον τε καὶ αἰγιαλὸν καὶ ὅσον πόῤῥωθεν· ὡσαύτως καὶ τοῖς περὶ τὸν κόλπον τῆς νικομηδείας καὶ μέχρι καὶ αὐτῆς τῆς νικομηδείας καὶ τοῖς ἐν ταῖς νήσοις, τῇ ὀξείᾳ, τῇ πρώτῃ, τῇ χάλκῃ, τῇ πλατείᾳ, τῇ ἁγίᾳ γλυκερίᾳ, τῇ πριγκίπῳ, τῇ τοῦ ἀντιγόνου, τῷ τραγωνησίῳ, τῇ τερεβίνθῳ, τῷ ἁγίῳ ἀνδρέᾳ, τῷ ἁγίῳ τρύφωνι, τῷ ἁγίῳ ἐλευθερίῳ, τῷ κώδωνι, τῷ πελαγίῳ, τῇ θεοτόκῳ, τῷ μεσονησίῳ, τῇ ἰάτρῳ καὶ τῷ ἁγίῳ δημητρίῳ, καὶ τοῖς ἐν ταῖς κτήσεσι τῶν πορτῶν, καὶ ἄχρι τῆς περιοχῆς τοῦ ἀθύρα, καὶ ἁπλῶς τοῖς πέριξ τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων*

---

1) *Σκαρλάτου Δ τοῦ Βυζαντίου Λέξικον τῆς καθ' ἡμᾶς ἑλλενικῆς Διαλέκτου* s. v. *Νησιὰ, ν. ν. τῆς Προποντίδος ἐννέα τὸν ἀριθμὸν κοντὰ εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν τὰ τέσσαρα μεγαλήτερα καὶ κατοικημένα κ τὰ πέντε μικρότατα καὶ ἀκατοίκητα. Τὸ παλαὶ ὠνομάζοντο γενικῶς μὲν Δημόνησοι ἢ Δημόννησοι κτλ.* — Zedler s. v. Demonesi et alii.

2) Zachariae l. c. pg. 296. sqq.: Bei den Griechen Konstantinopels ist der Gesamtname *Τὰ νήσια* (nisia die Inseln) gebräuchlich. Christ. Bondelmonti libr. insular. Archipel. Flor. 1414. § 64. Ostenduntur prope Polim parvae insulae cum aliquibus scopulis hinc inde positis et quia vicinae urbi Constantini permanent, ideo Caloieri habent refugium. lente Daemonesi vel Prinzeninseln. Anm. Sinner.

3) Orelli, thesaur. geogr. s. v. Glyceria; Glycerium vel Glyceria est insula Propontidis in constitutionibus Emanuelis Comneni imperatoris. Huius mentio fit in Sti. Nicetai vitae. — Martinière, geogr. Lexicon s. v. Glyceria. (Lex. géogr. et Diction. géogr.)

ἀσκουμένοις μοναχοῖς, ἀνδράσι τε καὶ γυναιξί· κτλ.[1]) — Quis dubitet, quin haec insula in novella imperatoria dicta sit eadem, quae in illo titulo libri manuscripti commemorata est, praesertim cum omnia, quae auctor de loco, ubi commoratus est, adnotaverit, non dissentiant ab iis, quae de insulis, quae nomine 'Prinzeninseln' feruntur[2]), accepimus; neque enim incognitum est temporibus imperatorum Byzantinorum in has insulas imperatores imperio motos, imperatrices, viros, qui summis honoribus functi erant, a re publica remotos, patriarchas in exsilium missos esse. Qua in insula Stae. Glyceriae et monasterio re vera libris maxime necessariis ad epitomen conscribendam caruisse Zonaram consentaneum est. Nemo significationem *ἐσχατιά* illi insulae non idoneam neque aptam putabit. *Ἐσχατιά* idem valet quod latine 'secessus, pars, quae est in confinio, recessus ultimus, solitudo'[3]), nostro sermone 'Einsamkeit, Abgeschiedenheit, letzte Zuflucht, fortasse Eiland.[4]) Quid est aptius quam illam insulam parvam sic significare? Hic quispiam dicet, haec non convenire cum Zonarae verbis ipsius, quippe qui scripserit '*αὐτὸς ὑπερόριος ὢν καὶ πόῤῥω τοῦ ἄστεος ἐν νησῖδι ἐνδιαιτώμενος*'.[5]) Id quod obicitur, dissolvitur, quod primum homines qui tum fuerunt nonnulla loca longe distare arbitrabantur, quae nunc rebus, commercio negotiisque, mutatis vicina vel propinqua esse putamus, tum '*πόῤῥω*' non solum latine 'procul' vel 'longe', nostro sermone 'weit ent-

---

1) Leunclavius, Ius graeco-romanum pg. 156. '*Περὶ τοῦ ἀνέπαφα εἶναι ἐκ τῆς χειρὸς τοῦ δημοσίου τὰ τῶν ἐκκλησιῶν καὶ τῶν κατὰ πόλιν μοναστερίων ἀκίνητα.*' id. Enimundii Bonefidii Ius orientale lib. I, 96.

2) 'Schlumberger, les îles des Princes' inspici non potuit.

3) Steph. Thesaur. s. v. *ἐσχατιά*.

4) Vita Sti. Nicetae, acta Sanctorum mense Aprili tom. I, 253 sqq. — Ioh. Cinnamus ed. Bonn. 33, 4 (*Ὀξεία*). — Nicetas Akominatos ed. Bonn. 70, 10; 105, 22. — Zonaras et alii. — Hammer, Constantinopel und der Bosporus. Pesth 1822, I, 4. 'Die zweiten Prinzeninseln südlich von der Stadt am Eingange der Propontis zur Zeit des byzantinischen Kaisertums ein Verbannungsort für gefallene Feldherren und Patriarchen, abgesetzte Kaiser und Kaiserinnen, die den Purpur des Palastes mit dem Schleier des Klosters vertauschten' et II, 358—78.

5) Zonar. ed. Bonn. II, 297, 21 (lib. IX, 31) cfr. Prooem. II. cap. ed. Bonn. I, 8, 13.

fernt von' interpretandum est, sed etiam *πόῤῥω* idem valet saepe atque 'supra, ultra, extra' vel 'jenseit, ausserhalb, darüberhinaus', qua re efficitur, ut *πόῤῥω τοῦ ἄστεος* sit extra urbem' 'ausserhalb der Stadt'.[1])

Quibus cognitis nemo negabit indiciis Theveti refutatis, scriptoris haud certae fidei, Zonaram in insulae illius Stae. Glyceriae monasterium refugisse et ibi supremum diem libris conscriptis exspectasse.

Inter ceteros autem monachos auctor ita eminuisse videtur, ut maiorem quendam honorem assequeretur, quod in scripto quodam theologico, quod est de 'matrimonio duorum consobrinorum', unus '*ἐκπροσώπου τῶν ἀρχιερέων*' nominatur, cuius honoris gradus definiri non potest, cum in 'Breviario quodam rerum ac personarum in ecclesia Graecorum',[2]) ubi dignitates ecclesiae orientalis enumeratae sunt, illa dignitas non commemorata sit; haud scio an *ἀρχιερεύς* idem fuerit, qui 'abbas' ecclesiae occidentalis.

Perinde ac de anno natali Zonarae certi aliquid afferri non potest, etiam quo anno, ubi mortuus sit non satis constat. Pro certo habendum videtur in eodem monasterio, quo scripsit libros, auctorem obisse supremum diem. Atque annus quidem, quo mortuus est, a nobis multos libros ab auctore conscriptos deliberantibus circiter annus 1140 non nimis valde errantibus constitui potest. Nam primum Michaëli Glycae[3]) scriptori historiarum medii aevi, qui Manuele imperatore (1143—1180) scripsisse fertur, cuius liber manuscriptus iam anno 1176 apud Muraltium[4]) comme-

---

1) Eadem fere verba legimus in novella imperatoria supra commemorata: *τοῖς μοναστηρίοις καὶ τοῖς κατὰ τὸ δυτικὸν μέρος τοῦ στενοῦ, ὅσον τε κατ' αἰγιαλὸν καὶ ὅσον πόῤῥωθεν·* ubi monasteria, quae hodie prope urbem in freto et litore sita esse iudicaremus, *πόῤῥωθεν* esse dicta sunt.

2) Philippi Cyprii Chronicon ecclesiae graecae. Hilarius ed. Lips. 1687 pg. 502 (Breviarium quoddam rerum ac personarum in ecclesia Graecorum, ac urbe Constantinopolitana Gerlachius 1575 ed.).

3) Krumbacher Karl, Michael Glykas, Sitzungsberichte d. Kgl. b. Ak. d. Wissensch. 1895 nondum inspici potuit.

4) Muralt, essai de chronographie XXVII Nr. 119 Michael Glycas avant 1176 date du manuscript de St. Pétersbourg depuis la création — à 1118, compilateur etc.

moratur et a Constantino Manasse fons adhibitus est, epitome Zonarae usui fuit[1]). Tum Theodorus Balsamon (1150—1185) in scriptis theologicis Zonaram *ὑπερφυέστατον* et eius commentarium ad epistolam canonicum Sti. Athanasii ad Ammum, quem ille epitome iam confecta, ut alios libros theologicos, composuit, cum admodum certo constet, historiarum libros primum opus auctoris fuisse, *σοφῶς καὶ ὑπερδεξίως καὶ ὡς οὐκ ἄν τις κρειττόνως* laudat et appellat[2]). Quia Manuel imperator huic Balsamoni mandavit, ut commentarium in canones apostolorum et conciliorum et in epistolas canonicas scriberet, Du Cangius[3]) ex verbis, quae Zonaras fecit in praefatione 'Commentarii in canones apostolorum et conciliorum' '*μή τις δέ μοι καταγνοίη προπέτειαν· οὐ γὰρ ἀφ' ἑαυτοῦ τῷ πονήματι ἐγχειρῶ, ἀλλὰ παρακληθεὶς ὑπέκυψα καὶ τῷ πόνῳ δέδωκα ἐμαυτὸν, ἵνα μὴ δι' ἀνηκοΐαν κατακριθῶ*' suspicatus est, ab eodem imperatore Zonaram esse delectum, qui sacrorum canonum obscuriores locos interpretaretur, et collegit 'sub Manuele vixisse Zonaram'. Quam sententiam esse veram nullo modo demonstrari potest. Quis fuerit, qui hoc mandaverit Zonarae incertum est, mihi quidem illi ab Irene Ducaena vel Anna Comnena — causa supra exposita[4]) — vel a monasterii praefecto esse mandatum hoc opus probabilius est, nisi forte haec verba fecit ille 'se

---

1) Ferd. Hirsch, byz. Studien 396: Nicht viel später als Zonaras, um die Mitte des 12. Jahrhunderts hat Michael Glycas sein Geschichtswerk geschrieben. Anm. Die Zeit dieses Chronisten, über welche viel gestritten worden ist, ergiebt sich einfach daraus, dass er Zonaras benutzt hat, seinerseits aber, wie unten nachgewiesen werden wird, schon von Constantin Manasse benutzt worden ist, der unter Manuel Comnenos (1143—1180) geschrieben hat etc. — Krumbacher, Gesch. d. byz. Litt. (Im. Müller Hdb. d. kl. A. IX, 1) pg. 146. Demnach (dass Glycas bereits 1156 geblendet worden ist) ist das Werk (des Glycas) zwischen 1143 und 1156 abgefasst.

2) Theodorus Balsamon, Commentarius in canones apostolorum et conciliorum et in epistolas canonicas ed. Beveregius in Pandectis Canonum, Prolegg. pg. XVI, cap. XXIII et vol. II, 37. — Ex quo tamen uno testimonio satis constat, quanti haec canonum expositio a Ioanne Zonara elaborata aestimata sit. — Theodorus Balsamon inter 1150—85 vixisse fertur a Fabricio l. c. et Krumbacher byz. Litteraturgesch. pg. 229. adn.

3) Du Cange, Praef. ed. Bonn. XXVII/VIII.

4) pg. 13.

non ultro sed alterius iussu suos in canones commentarios conscripsisse', similiter atque in praefatione epitomes 'se opus non suapte auctoritate, sed hortatu amicorum suscepisse[1])', ut se apud eos, qui legerent, de opere composito excusaret. Itaque Du Cangio non assentior, sed nego Zonaram Manuele imperante aut certe non paulo post quam regnare coepit ille imperator vixisse. nam certo arbitror, si imperium Manuelis vidisset, futurum fuisse, ut auctor initiorum regni usquam meminisset; summum ad annum 1145 fuisse concedam auctorem. Thevetum sequentibus annum 1155 vel 1160 mansisse Zonaram nobis coniciendum est, qui eum undenonagesimum annum agentem esse mortuum tradiderit.[2])

Sed haec quidem hactenus. Quaecunque igitur de vita rebusque gestis Zonarae repperimus, iam breviter componamus.

Ioannes Zonaras Constantinopoli genere admodum nobili circiter 1075 anno p. Chr. n. natus et eruditus est, perfectus in litteris ad rem publicam accessit, in qua Alexio Comneno (1081—1118) imperante summos fere honores, magni drungarii vigiliae et primi a secretis locum assecutus est. Quibus muneribus haud dubie non ultro Alexio mortuo depositis, cum ipse se exsulem appellet, urbeque relicta in otium monasterii in insula Stae. Glyceriae siti se recepit, ubi opera sua conscripsit. Cum de morte, ubi, quando, quomodo fuerit in libris eorum, qui post eum scripserunt nihil acceperimus, honoribus impetratis, tot tantisque libris compositis animo reputatis non valde, opinor, errabimus Zonaram circiter 1140, summum 1145 mortuum esse, igitur inter annos 1075—1145 circiter vixisse dicentes.

Cap. III.
De scriptis Zonarae.

Praeter notissimam historiarum epitomen, quam omnium operum primum confecisse Zonaram e verbis prooemii epitomes, de qua postea accuratius agemus, satis liquet, alia quoque scripta composuit, quae nunc breviter pertractabimus, cum

1) Zonar. prooem, ed. Bonn. I, pg. 4, 8 *οὐκ οἴκοθεν ὡρμήθην πρὸς τὸ ἐγχείρημα· ἄνδρες δέ με φίλοι πρὸς τοῦτο παρέθηξαν.*

2) Andreas Thevetus l. c. aagé de quatre-vingtz huict ans sept moys.

non tanti habeantur quanti epitome. Quae sunt interpretationes locorum obscuriorum canonum et epistolarum vel commentationes, quae ad novellas imperatorum vel ius graeci imperii pertinent; raro aliquid in iis continetur, quod nostra magis intersit. Sunt haec:

I. *'Εξήγησις τῶν ἱερῶν καὶ θείων κανόνων τῶν τε ἁγίων καὶ σεπτῶν ἀποστόλων καὶ τῶν ἱερῶν οἰκουμενικῶν συνόδων, ἀλλὰ μὴν καὶ τῶν λοιπῶν ἁγίων πατέρων πονηθεῖσα Ἰωάννῃ μοναχῷ τῷ Ζωναρᾷ τῷ γεγονότι μεγάλῳ δρουγγαρίῳ τῆς βίγλης καὶ πρωτοασηκρῆτις'.*[1])

II. Quocum libro simul commemoratur: *''Εξήγησις τῶν κανονικῶν ἐπιστόλων τῶν ἁγίων πατέρων πονηθεῖσα Ἰωάννῃ μοναχῷ τῷ Ζωναρᾷ τῷ γεγονότι μεγάλῳ δρουγγαρίῳ τῆς βίγλης καὶ πρωτοασηκρῆτις'*, cuius libri ex uno codice Zonaram fuisse monachum Stae. Glyceriae monasterii scimus;[2]) codex enim Gallandani inserebat post vocem *μοναχῷ 'ἐκ τῆς σεβασμίας μονῆς τῆς ἁγίας Γλυκερίας'*, cui adnotationi supra[3]) maiorem fidem habuimus quam Theveto propterea, quod librarius istius codicis Zonarae temporibus fuerit propior neque hoc nisi gravi causa commotus addiderit. E praefatione huius operis apparet Zonaram hoc non sua sponte sed alterius iussu conscripsisse; qua de re supra diximus.[4]) Qui ediderunt commentarios et de iis scripserunt, inveniuntur apud Zedlerum in lexico universali, apud 'Herzog et Plitt' (Realencyklopädie der Theologie Bd. 17), apud Migne in Patrologia graeca.[5])

1) ed. Paris. 1618 fol. et in Beveregii Pandectis Canonum. — Fabricius bibl. graec. X, 245 ed. Harles. VII, 466. — Migne Patrol. Graec. 137. — Krumbacher, byz. Litteraturgesch. pg. 145.

2) ed. ad calcem Gregorii Thaumaturgi, Paris. 1621 fol. — commentarius in canones apostolorum et conciliorum ed. 1618 Paris. pg. 1049 *Δρουγγάριος τῆς βίγλας* codex Gallandani et inserebat post vocem *μοναχῷ 'ἐκ τῆς σεβασμίας μονῆς τῆς ἁγίας Γλυκερίας* et Lambecii Comment. de bibl. Caes. lib. VIII, 995: vigesimo tertio et quidem a folio 321 pg. 2 usque ad folium 322, 2: Canones quidem miscellani cum expositione graeca Ioannis Zonarae, qui ibi appellatur *'μοναχὸς τῆς μονῆς τῆς ἁγίας Γλυκερίας.'*

3) pg. 16./17.

4) pg. 23./24.

5) Zedler s. v. Zonaras; Migne Patrologia Graeca 137, 27 sqq.

III. Deinde commemoratur nomine Zonarae hic liber: *Λόγος πρὸς τοὺς τὴν φυσικὴν τῆς γονῆς ἐκροὴν μίασμα ἡγουμένους.*[1]) Non dubito hoc scriptum Zonarae addicere, praesertim cum et in commentario epistolarum sanctorum patrum similem fere commentarium scripserit et in praefatione epitomes questus sit, quod in monasterio cupidinibus pravisque cogitationibus urgeretur.[2])

IV. Tum fertur nomine Zonarae hoc opus '*Ἰωάννου μοναχοῦ τοῦ Ζωναρᾶ ἐκ προσώπου τῶν ἀρχιερέων περὶ τοῦ μὴ δεῖν δύο δισεξαδέλφους τὴν αὐτὴν ἀγαγέσθαι πρὸς γάμον*'[3]) ex cuius titulo comperimus Zonaram inter monachos ad dignitatem fortasse abbatis pervenisse. Atque eandem quidem rem multi alii antea et postea pertractaverunt, ut Sisinnius[4]) patriarcha Constantinopolis, Ioannes Xiphilinus; ad Sisinnii 'decisionem, ne duo fratres accipiant duas consobrinas' est scholion Zonarae et novella Manuelis imperatoris anni 1145 vel 1160 vel 1175.[3]) Omnino imperatores byzantini et iuris consulti saepissime in novellis et commentariis 'de nuptiis incestis et prohibitis' operam consumpserunt,[5]) qua de causa non mirum

1) ed. Leunclavius, Ius graeco-rom. I, 351/361 Enim. Bonefidii ius orientale II, 216—237, lat. III, 247 sqq.

2) Comment. ad. ep. St. Patr. 1618 fol. ad. IV. ep. 1. Sti. Athanasii Ammum. monachum missum. — Zonar. epit. prooem. ed. Dind. vol. I, pg. 4/5. ed. Bonn. I, pg. 7 et cfr. I, 2/4, ubi de naturali seminis excretione, num sit impura et peccatum, agitur.

3) ed. Cotelerius tom II, 883 Monum. eccles. Graec. — Demetrios Chomatianos, qui XIII. saeculo ineunte fuit (Analecta sacra et classica Spicilegio Solesmensi parata a Cardinale Pitra 1891 Rom &. Paris XXIII), laudavit Zonaram et Balsamonem cap. VIII pg. 46, quod iuscribitur: *Ἐπιστολὴ πρὸς τὸν χρηματίσαντα μητροπολίτην Κερκύρας τὸν Πεδάτη περὶ τῶν χειροτονηθέντων παρὰ τῶν Βουλγαροεπισκόπων τῶν ἀπὸ τῆς Ζαγωρᾶς ἐξελθόντων καὶ περὶ συναλλάγματος, εἰ δηλαδὴ θεμιτόν ἐστι τὸν αὐτὸν καὶ ἕνα δυσὶ δισεξαδέλφαις συναφθῆναι,* his verbis: '*οἱ δὲ ἀθέμιτον ἀπεφήναντο, διὰ τὴν ἀπρέπειαν· ὧν ἐστὶν ὅτε γεγονὼς δρουγγάριος τῆς βίγλης καὶ πρωτοσηκρήτης ὁ Ζωναρᾶς καὶ ὁ πατριάρχης Ἀντιωχείας ὁ Βαλσαμών.* et pg. 788.

4) Ius orientale I, 86, 88 Enim. Bonif.; II, 22; Ius graeco-roman. Leunclavii 197, 211; — Scholion Leuncl. 203 pg. — Novella 167. Zachariae, Ius graeco-romanum III, 501/2 de tomo Sisinnii.

5) Enim. Bonif. ius orient. I, 90. — Leuncl. I, 121. — Zachariae III, 338. — Nicephori Botoniatae novella de incestis nuptiis (A. 1080), cfr. Leunclavius 215/17 pg.

est, si Zonaras eandem rem exposuit, qui quin ut primus a secretis novellas noverit et perlegerit et iisdem rebus occupatus fuerit iam antea, non dubito.

V. Sequitur liber '*Ἰωάννου ἀσκητοῦ τοῦ Ζωναρᾶ γεγονότος μεγάλου δρουγγαρίου τῆς βίγλης καὶ πρωτοασηκρῆτις ἐξήγησις τῶν ἀναστασίμων κανόνων τῶν τοῦ Δαμασκηνοῦ*', qui idem esse videtur, quem Fabricius hoc titulo exhibet: *Ἐξήγησις τῶν ἀναστασίμων κανόνων τοῦ πρώτου καὶ δευτέρου ἄχρι τῆς σ' ᾠδῆς, γέγονε παρὰ ἱερωτάτου μητροπολίτου Θεσσαλονίκης κυρίου Νικήτα ἐξ αὐτοῦ τοῦ Ζωναρᾶ.*[1]) Quae commentatio ab Allatio in symmictis et in Syntagmate de Georgiorum scriptis et a Lambecio laudatur.[2])

VI. Commentarium in Sti. Gregorii Nazianzeni[3]) Tetrasticha et Monosticha, qui anno 1563 apud Franc. Zanetum graece et anno 1588 latine ab Hercule Phaello Imolae editus est, non esse Nicetae Davidis, ut quidam dicebant, sed Zonarae iam exposuit Ernestus Dronkius.[4]) Codex Regius Parisiensis 992 habere fertur prooemium Zonarae illius Commentarii editum in libro inscripto: '*Νικήτα φιλοσόφου τοῦ καὶ Δαβὶδ ἑρμηνεία εἰς τὰ Τετράστιχα τοῦ μεγάλου πατρὸς Γρηγορίου τοῦ Ναζιανζήνου, τοῦ αὐτοῦ ἑρμηνεία εἰς τὰ μονόστιχα*' a Ducangio cum explicatione Tetrastichorum Nicetae, quam Zonaras amplificasse videtur.[5])

Praeterea laudantur minora Zonarae scripta: ut *Κανὼν εἰς τὴν ὑπεραγίαν θεοτόκον, οὗ ἡ ἀκροστιχὶς "Ὕστατος ΗΧΟΣ "Ὕστατον Πλέκει ΜΕΛΟΣ* (Canon in sanctissimam Deiparam), qui adversus haereses Arii, Sabellii, Macedonii, Apollinaris,

1) Fabricius l. c. X, 245. — Du Cange praef. ed. Bonn. XXII. Zon I. ep.

2) Allatius, in Syntagmate d. Georg. scr. pg. 417; et in Symmictis. pg. 453. — Lambecius, de Bibl. Caes. lib. III, 39. pg. — Frgm. quaed. ed. Jacobus Gretserus lib. V. de sancta cruce (initio). — Krumbacher, byz. Litteraturgesch. pg. 144/5.

3) Byz. Zeitschrift 2. 164. pg. 1893. — E. Norden, Scholia in Gregorii Nazianzeni orationes. Hermes 27, 606—624. (1892.)

4) Ernestus Dronkius, de Niceta Davide, Confl. 1839, 4. — Lambecius de Bibl. Caes. lib. IV, 39 et 247. — Du Cange ed. Bonn. XXIII. praef. I. Zon. ep.

5) Du Cange XXIII/IV. ed. Bonn. Zon. I. adn. 2.

Nestorii, Marciani, Ennomii Leonis Isaurii, qui ne imagines quidem colerentur prohibuit, scriptus est.[1])

Deinde exstant epistolae theologicae, quae a Theodoro Dousa ex oriente allatae Lugduni Batavorum anno 1614 editae sunt, quas tamen non Zonaram, sed Glycam scripsisse persuasum habeo, cum Codex Parisinus regius (No. 3045)[2]) solus eas sub nomine Zonarae proferat, omnes alii Glycae nomen promulgent; neque Gessnerum, Allatium, Pontanum, Casaubonum, viros clarissimos duces sequentem easque una excepta Glycae adscribentem[2]) me errare existimo.

Quattuor etiam homiliae commemorantur: I. *ὑπόμνημα εἰς τὴν ὑπαπαντικὴν τοῦ σωτῆρος.* — II. *λόγος εἰς τὴν σταυροπροσκύνησιν.* — III. *βίος τοῦ ἁγίου Σιλβεστρίου.* — IV. *εἰς τὸν Ἱεροσολύμων Σωφρώνιον.* Gessnerus[3]) in bibliotheca memorat 'paraphrasin M. S. in logicam Aristotelis', quam potius Ioanni Italo vindicandam esse suspicor, cum is maxime in Aristotelis operibus exponendis et illustrandis occupatus fuerit.[4])

De omnibus his scriptis vix quicquam addi potest; quae si perlegeris, non multa Zonarae ipsius inveneris, sed ex aliis libris, qui easdem vel similes res continent, plurima eum compilasse et conscripsisse animadverteris. Historico omnino pro nihilo putanda sunt ista scripta, in quibus iuris ecclesiastici consultus dumtaxat nonnulla sibi apta memoratuque digna inveniat.

Multo autem gravius quam ea scripta quae modo commemoravi, mihi videtur esse Lexicon vel '*Συναγωγή λέξεων συλλεγεῖσα ἐκ διαφόρων βιβλίων τῆς παλαιᾶς τέ φημι γραφῆς καὶ τῆς νεᾶς καὶ αὐτῆς δήπου θύραθεν*'. Quod lexicon Iosephus Scaliger in epistola ad Isaacum Casaubonum missa laudavit et I. A. H. Tittmannus anno 1808 e tribus codicibus inter se diversis et contrariis edidit, qui illud opus — qui num fuerit

1) ed. in Io. Bapt. Cotelerii Monum. Graec. eccl. tom. III, 465—472 — Fabric. VI. ed. Harl. 241. sqq.

2) Lambecius illas descripsit lib. IV. Bibl. Caes. V, 150: Codex 3045 Regius anno scilicet mundi p. Chr. n. 1488 scriptus est. — Du Cange, Zon. ed. Bonn. I, praef. XXIV/VII.

3) Fabric. bibl. graec. VI, 241.

4) Fabric. l. c. — Krumbacher, byz. Litteraturgesch. pg. 181.

auctor Du Cangius[1]) iam valde dubitavit — auctoritate codicum Vindobonensium 32, 154, 334 infidorum, nomen Zonarae exhibentium confisus Zonarae vindicavit. Atqui Zonaras auctor non fuit; nam Steinius[1]) exposuit huius lexici auctorem esse Antonium monachum quendam, non Zonaram, id quod C. Wachsmuth[2]) in libro qui est de 'Studiis ad 'Flori legia graeca' factis' ex codicibus his: Mediceo V, 7 et codice quodam Bibliothecae Bononiensis anni 1291, quod est Steinio teste egregium vetustumque exemplar huius lexici, et Ottoboniano codice[3]) et codice quodam, quem esse in bibliotheca Sultani Mordtmannus[4]) commemorat, probavit. Sed incerta est aetas illius Antonii monachi, quem eundem esse atque Antonium, cuius exstat collectio sententiarum sive gnomologium 'Melissa' inscripta, Steinio et Wachsmuthio auctoribus verisimile[5]) est, cuius aetatem Steinius 'non ultra saeculum octavum' deprimi vult, C. Wachsmuthius nono et tertio decimo saeculo ex eunte definit. Cuius spatii amplitudo facile in exiguum et angustum concludi potest, si respicimus, quod sub voce '*Ἤλεκτρον*' in lexico scriptum est[6]): '*ἤλεκτρον ἦν τράπεζα τῆς ἁγίας σοφίας*'. Cum in aliis lexicis prodatur '*ἐστί*', illis verbis docemur, hoc lexicon post 1204 esse compositum, quo anno illam mensam a Venetianis raptam esse accepimus.[7]) Quibus expositis apparet auctorem huius lexici 'Antonium monachum' tertio decimo saeculo ara illa Constantinopoli abducta floruisse inter annos

1) Stein ed. Herodoti II. vol. pg. 479. sqq.

2) C. Wachsmuth, Studien zu den griech. Florilegien (ed. mai. 1, praef. 75), Berlin 1882, 109/10 pg.

3) Miller, Catalogue des manuscripts grecs de la bibliothèque de l'Escurial No. 320 en papier de coton commemorat 'un Lexique du moine Antoine', quod idem esse videtur. — Montfaucon, lib. bibliothecar. I, pg. 107 D.

4) Mordtmann, Philol. IX, 583 No. 14.

5) Krumbacher, Byz. Litteraturgesch. 145. pg. Anm.

6) *Ἤλεκτρον: χάλκωμα καθαρὸν ἢ ἀλλότυπον χρυσίον· μεμιγμένον ὑέλῳ καὶ λιθείᾳ, οἵας ἦν κατασκευῆς ἡ τῆς ἁγίας Σοφίας τράπεζα, ὁ πᾶν ἐξαίρετος τοῦ θεοῦ ναός· κτλ.* cfr. Hesychii, Suidae, Etymol. 425, 24, Eudemi, Photii, Cyrilli lexica et. Tittmanni praef. 63—73.

7) Nicetae Choniatae descriptio monumentorum, quae eum a Francis expugnaretur Constantinopolis deleta sunt. Wilken 1830 et Geschichte der Kreuzzüge V, 1829.

1204 et 1291, quem annum certum habemus e codice manuscripto, quem inspexit Steinius, in bibliotheca Universitatis Bononiensis, cuius in exitu leguntur '*ἐτελειώθη τὸ παρὸν λέξικον σὺν θεῷ ἁγίῳ ἐν ἔτει 'σψϛθ'* (1291), quae ab eadem manu sunt, quae scripsit initium '*ἀντωνίου α̃ͯ* (h. e. *μοναχοῦ*) *συναγωγὴ λέξεων συλλεγεῖσα κτλ.*'

In illo lexico inveniuntur res, quas iam in lexicis Hesychii, Photii, Suidae aliorumque legimus, praecipue Cyrilli, itaque puto hoc lexicon esse amplificatum et glossis explicatum et compilatum ex aliis omnibus lexicis, quae antea scripta sunt; huc accedit, quod nova ratione, quam non antea animadvertimus, compositum est: 'omnis enim vis ac materia vocabulorum praeter litterarum seriem (*κτ̄ αβ̄*) per quinque sermonis partes (*ἀρσενικόν, θηλυκὸν, οὐδέτερον, ῥῆμα, ἐπίῤῥημα*) accurate distributa est. Neque omittam Rossium[1]) in monasterio insulae Patmi lexicon mutilatum vocabulis secundum genera dispositis vidisse; cum vero Sacellionis liber, *Σακελλίων, βιβλιοθήκη Πατμιακή*[2]) mihi non praesto fuerit, nunc exquirere non possum, utrum hoc Antonii lexicon idem sit atque illud, palimpsesto inscriptum, quod Rossius commemorat, necne; tamen verisimile mihi videtur, ea inter se non esse diversa.

Praeterea nihil certi de Antonio Monacho enucleare possumus, cum iam librarius codicis contracti fortasse eiusdem lexici anno 1347 scripserit '*Ἀντωνίου, τίνος δὲ καὶ πόθεν, κατὰ τίνα χρόνον οὐδαμῶς*'[3]), neque de lexico ipso eiusque auctoritate quidquam certi potest dici, priusquam Reitzensteinius Glossas in Cyrillum elaboratas et Lexicon Cyrilli, cuius nunc fragmenta exstant, integrum viri doctissimi ediderint.[4]) Sed iam redeamus ad notissimum atque principale Zonarae opus, ad 'epitomen historiarum'.

1) Ross, Reisen auf den griech. Inseln II, 187.

2) Sakellion, *Πατμιακὴ βιβλιοθήκη*, Athènes 1890. — [Studemund, Inventar der Bibliothek des Klosters S. Johannes, Philol. 1867, 172/173. Diehl, le trésor et la bibliothèque de Patmos, Byz. Ztschr. I, 499 ff. 1892.]

3) Ad calcem Medicei codicis b (plut V, 7 saec. XV) in Bandini catalog. biblioth. Med. I, 16 et Tittmanni praef. ad lex. XLII, LXXI.

4) Krumbacher, Byz. Litteraturgesch. 268 ff. — Carolus Boysen, Lexici Segueriani *Συναγωγὴ λέξεων χρησίμων* inscripti pars prima Marburg 1891.

Cap. IV.

De epitome historiarum.

Nemo nunc dubitabit, quin epitomae auctor Zonaras sit, cum omnes codices Zonarae nomen exhibeant. Ac de inscriptione quidem pauca primum disseremus. Rectissime optimus codex Parisinus bombycinus 1715[1]) sic inscribitur: '*Ἐπιτομὴ ἱστοριῶν συλλεγεῖσα καὶ συγγραφεῖσα παρὰ τοῦ Ἰωάννου μοναχοῦ τοῦ Ζωναρᾶ τοῦ γεγονότος μεγάλου δρουγγαρίου καὶ πρωτοασηκρῆτις*', qui titulus a Zonara ipso testimonio verbis[2]) prooemii (cap. III): '*περιέχεται γοῦν τῇ ἐπιτομῇ*' et libri III. exeuntis: *ἐμοὶ δ' ἐπιτομὴν ἱστορίας πεποιημένῳ*' et libri IX. extremi: '*ἐκεῖθεν ἐξέλειψα κατ' ἐπιτομὴν καὶ συγγράμματι τούτῳ ἐντέθεικα*' quodammodo confirmatus et iure a Ludovico Dindorfio editore adhibitus est; praeterea Zonaras opus suum '*σύγγραμμα*' vel '*σύνταγμα*' vel breviter '*γραφή*' appellat.

Deinde Zonarae esse hanc epitomen cum ex codicibus tum inde intelligimus, quod Michael Glycas, qui Manuele imperatore (1143—1180) historiam ipse quoque usque ad Alexii mortem (1118) ab mundi exordio narratione breviore quam Zonaras scripsit[3]), auctorem esse Zonaram commemorat multis locis[4]). Praeter Glycam Dindorfius, qui Zonaram memoraverit unum in Maii Nova Coll. Vat. (vol. 8, pg. 247) Methodium invenit[5]) denique in Historia Patriarchica[6]) auctor appellatur '*ὁ θεῖος Ζωναρᾶς*'.

Neque quisquam, opinor, prooemio epitomes perlecto negabit hanc primum, quod conscripsit, opus fuisse; nam si Zonaras

1) Parisinus Regius 1715 Nr. anno 1289 scriptus a Friederico Haasio primo cum Du Cangii editione, quae erat secunda anno 1838/39 comparatus est — Büttner-Wobst, Studien zur Textgeschichte des Zonaras Byz. Ztschr. I, 1892 pg. 202, Anm. 1 ff. et Comment. Fleckeisenii 123 pg. Anm. I.

2) ed. Bonn. I, pg. 9, 11; I, pg. 303, 6; II. vol. 297. pg. 11 z.

3) Ferd. Hirsch, byz. Stud. Lips. 1876, 396/7.

4) ed. Bonn. Glycae pg. 266, 7; 530, 16; 546, 8; 557, 2.

5) ed. Dind. IV, vol. VI. pg. Zon.

6) Historia Patriarchica 195, 15 pg.

antea iam opera scripsisset, eorum in prooemio mentionem fecisset neque id dixisset, quod in prooemio legimus 'se otiosum ab amicis semper admonentibus,[1]) ut alicui rei se daret et aliquid faceret, quo sibi gloriam pararet,[2]) ad historiam conscribendam quasi instigatum hoc opus suscepisse, ut 'animus certis negotiis occupatus multarum cogitationum pravarumque cupiditatum decumanos fluctus effugeret.'[3]) Quamquam quo tempore epitomen composuerit, Zonaras nusquam perhibuit, tamen persuasum habeo eam ab illo esse conscriptam Ioanne Comneno imperante (1118—1148), quod satis inde apparet, quod epitome in Alexio mortuo subsistit et quod, postquam Ioannes anno 1143 e vita decessit, auctor eam non longius Ioannis rebus gestis enarrandis produxit, ut verbis libri XVIII. extremi '*δοῦναι γὰρ γραφῇ καὶ τὰ λείποντα οὔ μοι λυσιτελὲς οὐδ' εὔκαιρον κέκριται*' polliceri videtur; deinceps illa Glycae, ut iam diximus, scriptori Manuele II. (1143—1180) imperatore scribenti iam usui fuit, unde efficitur, ut tum fuerit nota. Quibus expositis epitomen inter annos 1118—1130 circiter esse confectam consentaneum est, qua confecta cetera ille, quae supra enumeravimus, scripta composuit. Nicolaius[4]) autem, cum Thevetum[5]) auctorem secutus esse videatur, epitomen inter quinque annos concepisse Zonaram dixit, cui sententiae fidem habere non possumus propter causas supra expositas.[6])

---

1) cfr. pg. 23. et 25.

2) ed. Bonn. I, 4 pg.: *'Αλλ' ἵνα τι καὶ ὑπεραπολογήσωμαι ἐμαυτοῦ, οὐκ οἴκοθεν ὡρμήθην πρὸς τὸ ἐγχείρημα, ἄνδρες δέ με φίλοι πρὸς τοῦτο παρέθηξαν, σχολάζοντα βλέποντες καὶ 'χρῆσαι' λέγοντες 'τῇ σχολῇ πρὸς ἔργον κοινωφελές, καὶ κείσεταί σοι πρὸς τοῦ θεοῦ κἀκ τούτου ἀνταπόδομα'.*

3) ed. Bonn I, pg. 8 *εἰ δέ τισιν ὁ νοῦς ἐνησχόληται, διαφεύγειν πέφυκεν ὡς ἐπίπαν, τὰς ἐκ τῶν πολλῶν λογισμῶν τρικυμίας χαὶ τῶν πονηρῶν ἐνθυμήσεων· διά τι τοίνυν τὴν ἐκ τῶν φίλων παράθηξιν καὶ διὰ τὴν τῶν ῥυπαρῶν ἢ καὶ ματαίων λογισμῶν ἀποσόβησιν προσήγαγον ἑαυτὸν τῷ σπουδάσματι. Οὕτω οὖν μοι ἐπιβαλεῖν ἐγένετο τῷ παρόντι συγγράμματι.* cfr. Schmidt, Quellen d. Zon.' Dind. ed. vol. VI, IV. pg.

4) Griech. Litteraturgesch. III. vol. pg. 111.—114.

5) Du Cangii praef. IX, adn. 1. med.: 'Zonare doncq ayant demeuré cinq ans en ce lieu' (monastère) cfr. pg. 14, adn. 5.

6) pg. 14. adn. 5 et 16/17.

Ac de codicibus quidem qui exstant eorumque auctoritate confer quaeso quae Büttner-Wobstius in libello 'Studien zur Textgeschichte des Zonaras'[1]) iudicaverit, unde apparet codicem optimum et vetustissimum esse Parisinum Regium numeratum 1715 bombycinum anno 1289 scriptum quem anno 1838/39 Friedericus Haasius cum Du Cangii editione, ut supra diximus, nuperrime Büttner-Wobstius cum collatione Haasii contulit.[1]) Idem in eodem libello reliquos codices affert et disponit, prout auctoritate valent.[2])

De editionibus, quae exstant, pauca addam. Primam editionem Hieronymus Wolfius anno 1557 latine et graece notis additis curavit Basileae liberalitate et munificentia Antonii Fuggeri, viri nobilissimi, cui dicavit opus, typis expressam apud Ioannem Oporinum. Wolfius, quamquam in omnibus libris manuscriptis Zonarae opus bipertitum esse ipse in praefatione adnotavit, tamen suo arbitratu in partes tres epitomen disposuit, cum ei rei Zonaras ipse obstet, qui post nonum librum hanc quasi secundae partis inscriptionem scripserat: *'Αρχὴ τῆς περὶ τῶν αὐτοκρατόρων ἱστορίας.* Postea Du Cangius genuinam divisionem in partes duas idque in libros XVIII restituit eosque capitibus distinxit Parisiae anno 1687 et Wolfianam editionem codicibus melioribus Parisinis adhibitis[3]) emendavit.

Deinceps Mauricius Pinder academiae Berolinensis regiae iussu primos XII libros graece et latine cum apparatu critico et notis Du Cangii emendatis (II voll.) Bonnae anno 1841 emisit. Ultimi VI libri (XIII - XVIII), cum valde desiderarentur, a Ludovico Dindorfio cum primis XII libris coniuncti annis 1868—75 Lipsiae in VI voluminibus ex aedibus Teubneri prodierunt. Recentiores editores ad Wolfii dispositionem redierunt, quae quin usui magis idonea esse videatur quam Du Cangii haud dubium est. Quinta epitomes editio a Büttner-Wobstio, quem Byzantinis studiis multum operae dare notum est, annis proximis exspectatur.[4])

---

1) Byz. Ztschr. I, 1892, pg. 202; 219/20.

2) 233 sqq. l. c. cfr. Omont, catal. de manuscr. Grecs de Fontainebleau. Paris. 1889 et Fabricius biblioth. graeca VII, 466 sqq. ed. Harless.

3) Byz. Zeitschr. I, 1892. Büttner-Wobst. l. c. pg. 217.

4) Büttner-Wobstii editio contextum Pinderi emendatum et libros XIII—XVIII cum apparatu critico continebit.

Postremo de versionibus, quas habemus epitomes pauca addam. Zonarae epitome iam anno 1560 a Marco Aemilio Florentino et 1564 a Ludovico Dolce in italicam linguam, anno 1560 in gallicam ab Ioanne de Maumont et 1583 ab Ioanne Mileto (Millet de St. Amour) translata est.[1]) Num nuper aliae versiones prodierint nescio neque suspicor.

Haec habui, quae summatim de vita et scriptis Zonarae praemittenda esse putarem. Iam singulatim disseram, quibus usus sit fontibus in conscribenda epitome.

Cap. V.

Quibus fontibus usus sit Zonaras.

Raro admodum auctor ipse in opere suo mentionem fecit fontium, solo in tertio capite prooemii iam saepissime commemorati, quod opere toto confecto epitomae praescriptum esse facile intellegitur[2]), enumeravit nonnullos, non omnes fontes. Sunt hi: Octateuchos vel primi Bibliorum libri; quattuor libri regum et Paralipomena; Flavii Iosephi historia antiquitatum Iudaeorum praeterea libri sacri: *Ἐσθὴρ*, *Τωβὶτ*, *Ἰουδὴθ*. Sunt autem illi sex primorum librorum fontes; ceteros quos exhauserit et compilaverit, silentio hoc loco texit neque ipso in opere nisi occasione data commemoravit. Quorum quidem numerum magnum ex principali fonte,[3]) in quo illi iam auctores citati erant, eum petivisse nunc satis constat. Nomina ibi commemorata libentissime Zonaras in suam epitomen recepit ea scilicet causa ut, quo plures nominavisset auctores, eo doctior haberetur. Nam non tot auctores, quot citabat, eum ad opus componendum perlegisse vel inde apparet, quod ipse multis locis penuriam librorum maxime necessariorum questus est, quos partim iam tum interiisse partim neglegentius ab iis, quibus id negotio dederat, inquisitos esse ipse suspicatus est.[4]) Nisi sicut aliis rebus ita his illum se apud eum, qui legeret epitomen, excusare voluisse dixeris de fontibus non accurate inquisitis et pertractatis.

1) Krumbacher l. c. pg. 145. et Fabricius VII, ed. Harless pg. 466.
2) '*οὕτω μέν οὖν μοι ἐπιβαλεῖν τῷ παρόντι συγγράμματι.*' Zonar. I, pg. 8 ed. Bonn.
3) huc spectant '*ἐκ πολλῶν γὰρ βίβλων τὰς ἱστορίας ἐρανισάμενος*' I, pg. 9. ibidem.
4) Zonar. IX, 31 fin. ed. Bonn. II, pg. 297.

Cum Zonaras ipse fontes, quos adhibuit, non omnes enumeraverit, indagandum esse videtur, qui fuerint. Quamquam, cum ego muneribus officiisque impeditus his studiis non vacabam cum in aliis Byzantinis auctoribus tum in fontibus Zonarae cognoscendis[1]) multi viri doctissimi versati sunt, quorum nomina et libros ad calcem commemorabo, at tamen quaedam nova addere posse mihi videor.

Priusquam de fontibus ipsis dicam, primum videamus, quid ipse auctor de fontium adhibendorum ratione et scribendi genere dixerit in prooemio, ubi (I, ed. Bonn. pg. 8/9.) rationem viamque protulit, qua usurus esset in epitome conficienda: '*εἰ δὲ καὶ ἀκριβοῦσθαι βουλήσομαι περὶ ἑκάστου τῶν*
ἱστορουμένων, καὶ δηλοῦν τί μὲν ὅδε περὶ τοῦδε λέγει ὁ συγ-
γραφεύς, τί δ' ἕτερος περὶ τοῦ αὐτοῦ, πολύστιχον ἂν καὶ
αὐτὸς τὴν περὶ ἑκάστου πραγματείαν ποιήσομαι. διὰ ταῦτά
μοι παρεᾶν δέδοκται τὰ ἐφ' οἷς ἀλλήλοις οἱ περὶ τῶν αὐτῶν
συγγράψαντες ἠναντίωνται, εἰ μὴ τῶν ἄγαν εἴη σπου-
δαίων καὶ ὃ παραλιμπανόμενον περὶ τὰ καίρια λυμανεῖ-
ται τῇ συγγραφῇ· εἰ δ' ὁ χαρακτὴρ τοῦ λόγου ποικίλλεται
καὶ μὴ δἰ ὅλου ὅμοιός ἐστιν ἑαυτῷ, θαυμαζέτω μηδέ τις τὸν
λόγον αἰτιάσθω ἢ τὸν τούτου πατέρα με. ἐκ πολλῶν γὰρ
βίβλων τὰς ἱστορίας ἐρανισάμενος, ἔν γε πολλοῖς ταῖς τῶν
συγγραφέων ἐκείνων χρησαίμην ἂν συνθήκαις καὶ φρά-
σεσιν, ἐν ὅσοις δ' ἂν καὶ αὐτὸς παρῳδήσω ἢ παραφράσω,
πρὸς τὸν ἐκείνων χαρακτῆρα τὴν ἰδέαν τοῦ λόγου μοι μεθαρ-
μόσομαι, ἵνα μὴ ἀσύμφωνος αὐτὴ ἑαυτῇ δοκῇ ἡ γραφή.'[2])

Hanc tamen rationem nusquam fere accurate persecutus est; nam primum saepissime contrarias sententias auctorum suorum, quas scire nihil aut non multum interest, commemoravit; deinde nunquam fontium verba ipsa exscripsit, sed semper ea submutavit et operam dedit, ut elegantiorem auctorem suum redderet, qua in re figuras verbaque sermonis suae aetatis necessario immisit; tum quae a Zonara ipso addita esse videantur, quia fons reperiri non potest, vix commemoratu digna sunt atque ea pleraque ad etymologiam pertinent. — Denique dicendum est Zonaram in ratione, quam sibi proposuit, non mansisse neque sibi constitisse.

1) Byz. Zeitschrift I; II. — Commentationes Fleckeisenianae pg. 123 sqq.
2) Zonar. I, pg. 8/9; 15. ed. Bonn.

Nunc examinemus fontes ipsos. De primis VI libris, in quibus historia Iudaeorum vel sacra ab initio mundi usque ad Hadrianum imperatorem (117—138 p. Chr.) est pertractata, breviter disseremus, cum Adolfus Schmidt[1]) et Theodorus Büttner-Wobst[2]) accuratissime in fontes horum librorum inquisiverint. Schmidtio auctore Zonaras Flavii Iosephi archaeologiam integram in historia Iudaeorum enarranda exscripisse putabatur, sed epitome huius archaeologiae a Benedicto Niese, professore Marburgensi, inventa et in septem libellis ad celebrandos dies natales Imperatorum nostrorum, Guilelmi I. (a. d. XI. Cal. April. 1887) et Guilelmi II. (a. d. VI. Cal. Febr. 1889, 1890, 91, 92, 93, 94, 95) emissis edita usque ad caput nonum iniens libri XVII non iam dubium est, quin Zonaras hac archaeologia breviata, cuius ille, ut verbis Niesii utar, antiquissimus testis est[3]), in libris sex primis componendis usus sit, quod satis liquet facileque est intellectu comparato Zonarae contextu verborum cum Iosephi epitome. Hoc cum ex aliis infra enumeratis locis cognosci potest, tum ex his inter se collatis:

Flav. Ios. int. arch. I, § 94 ed. Niese.	Zonaras ed. Bonn. I, 28, 9. ed. Dind. I, 21, 4.	Iosephi Epitome: lib. I (87) pg. 6, 3.
Μέμνηται δὲ τούτων καὶ Ἱερώνυμος ὁ Αἰγύπτιος, ὁ τὴν ἀρχαιολογίαν την Φοινικικὴν συγγραψάμενος καὶ Μνασέας δὲ καὶ ἄλλοι πλείους. Καὶ Νικόλαος δὲ ὁ Δαμασκηνὸς ἐν τῇ ἐνενηκοστῇ καὶ ἕκτῃ βίβλῳ ἱστορεῖ περὶ αὐτῶν λέγων οὕτως· κτλ.	*Μεμνῆσθαι δὲ καὶ τοῦ κατακλυσμοῦ καὶ τῆς κιβωτοῦ λέγει (Ἰώσηπος) καὶ πολλοὺς τῶν τὰς βαρβαρικὰς ἱστορίας συγγραψαμένων, τὸν Χαλδαῖόν τε Βηρωσόν, καὶ Ἱερώνυμον τὸν Αἰγύπτιον, ὃς τὴν ἀρχαιολογίαν τὴν Φοινικικὴν συνεγράψατο καὶ τὸν ἀπὸ Δαμασκοῦ Μνασέαν. κτλ.*	*τοῦ δὲ κατακλυσμοῦ καὶ τῆς λάρνακος μέμνηνται οἱ τὰς βαρβαρικὰς ἱστορίας ἀναγεγραφότες, ὧν ἐστι Βηρωσὸς ὁ Χαλδαῖος γράψας οὕτως· ʽλέγεται δὲ καὶ τοῦ πλοίου ἐν τῇ Ἀρμενίᾳ πρὸς τῷ ὄρει τῶν Κορδυαίων ἔτι μέρος τι εἶναιʼ καὶ Ἱερώνυμος ὁ Αἰγύπτου ὁ τὴν ἀρχαιολογίαν τὴν Φοινικ(ικ)ὴν συγγραψάμενος καὶ Μνασέας δὲ ὁ Δαμασκηνὸς ἐν τῇ ἐνενηκοστῇ ἕκτῃ ἱστορεῖ περὶ αὐτῶν. κτλ.*

1) Adolfus Schmidt, 'Über die Quellen des Zonaras' in Zimmermanns Ztschr. f. d. Altertumsw. 1839. 30 sqq. et Dindorf. ed. Zonar. VI, III sqq.

2) Büttner-Wobst, die Abhängigkeit des Geschichtsschreibers Zonaras von den erhaltenen Quellen. Commentationes Fleckeisenianae 1890, pg. 123 sqq.

3) Praef. editoris IV. in libello 1894 edito.

Inde apparet illum errorem *ʽτὸν ἀπὸ Δαμασκοῦ Μνασέαν'*, qui Zonarae ipsi semper summo crimini vitioque dabatur, ex Iosephi epitome esse exortum. Confer quaeso etiam praeter eos, quos conferendos esse Benedictus Niese[1]) commemoravit (Zonar. ed. Bonn. I, 29 c. Epit. Iosephi I, 105—9; Zonar. I, 87 c. Ios. Ep. V. 222/7. Zonar. I, 176 c. Ios. ep. X. 16/18) hos locos:
Iosephi arch. int. I, 27 c. Zonar. I, 12 Dind. c. Epit. Ios. I, 27.
Iosephi arch. int. II, 17/58 c. Zonar. I, 34/35 c. Epit. II, 17 sqq.
Iosephi arch. int. III, 99 c. Zonar. I, 50 c. Epit. III, 99.
Iosephi arch. int. IV, 25/35 c. Zonar. I, 54 c. Epit. IV, 25 sqq.
Iosephi arch. int. VI, 1—15 c. Zonar. I, 98/9 c. Epit. VI, 1—15 sqq.

Comparandi causa nunc hos locos profero:

Flavii Iosephi arch. int. XVII. cap. I, 3.	Zonar. libr. V. 22 ed. Bonn. I. 453, 3.	Epitome XVII, 19.
Ἡρώδῃ δὲ τῷ βασιλεῖ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον συνῴκουν ἐννέα γυναῖκες ἥ τε Ἀντιπάτρου μήτηρ καὶ ἡ θυγάτηρ τοῦ ἀρχιερέως, ἐξ ἧς καὶ ὁμώνυμος αὐτῷ παῖς ἐγεγόνει. Ἦν δὲ καὶ ἀδελφοῦ παῖς αὐτῷ μία γεγαμημένη καὶ ἀνεψιὰ σὺν αὐταῖς. καὶ ταῖς δὲ μὲν τέκνον οὐδὲν ἐφύη. κτλ.	*ἐννέα γὰρ τῷ βασιλεῖ συνῴκουν γυναῖκες, πάτριον ὂν καὶ πλείοσι κατὰ ταὐτὸν συνοικεῖν. ἦσαν δὲ ἥ τε τοῦ Ἀντιπάτρου μήτηρ καὶ ἡ τοῦ ἀρχιερέως θυγάτηρ, ἐξ ἧς, ὡς εἴρηται, παῖς αὐτῷ ἐγεννήθη ὁμώνυμος. ἦν δὲ καὶ ἀδελφοῦ παῖς αὐτῷ μία γεγαμημένη, καὶ ἀνεψιὰ σὺν αὐτῇ, ἐξαδέλφη δηλαδή· τὰς γὰρ ἐξαδέλφας ἀνεψιὰς ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ ὡς ἔστιν εὑρεῖν πολλαχοῦ καὶ παρὰ Πλουτάρχῳ καὶ παρὰ ταῖς βίβλοις ταῖς νομικαῖς.*	*Ἡρώδῃ δὲ τῷ βασιλεῖ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον συνῴκουν ἐννέα γυναῖκες ἥ τε Ἀντιπάτρου μήτηρ καὶ ἡ θυγάτηρ τοῦ ἀρχιερέως. ἐξ ἧς δὴ καὶ ὁμώνυμος αὐτῷ παῖς ἐγεγόνει. ἦν δέ καὶ ἀδελφοῦ παῖς αὐτῷ μία γεγαμημένη καὶ ἀνεψιὰ σὺν αὐτῇ. καὶ ταῖςδε μὲν τέκνον οὐδὲν ἐφύη.*

Quamquam epitomes non omnes libri editi sunt, tamen satis constat Zonaram hac usum esse fonte. Utrum Zonaras, ut Niesius[2]) saepius dixit, primus illa usus sit an prius iam ea usui fuerit auctori alicui, neque potest demonstrari neque opus est exquirere. Praeter epitomen autem adhibuit in con-

1) Flav. Ioseph. op. vol. I. pg. XXIII, XIV, XV. ed. Niese.

2) Niese, Flav. Ios. arch. praef. et epitom. Ios. praef. libell. I, I, 7 et VII, IV.

scribenda historia libros sacros, ut ipse refert, quos et solos et saepissime una cum epitome Iosephi compilavit, interdum ea, quae Iosephi epitome et libri sacri tradiderunt inter se comparavit, qua in re libris sacris aeque atque in nominibus propriis scribendis numerisque tradendis maiorem fidem habuit quam epitomae. Cum de eadem re nuperrime Theodorus Büttner-Wobst[1]) egerit, nihil addam, nisi quod ille numerus, quem Zonaras I, pg. 27, 10 ex codicum optimorum auctoritate sic tradidit: *δέκατος δ' ἦν ὁ Νῶε ἐκ τοῦ Ἀδὰμ ἀριθμούμενος καὶ μετὰ χιλίους ἑξακοσίους πεντήκοντα καὶ ἓξ ἐνιαυτοὺς ὁ κατακλυσμὸς τῇ γῇ ἐπενήνεκτο ἐφ' ἡμέρας τεσσαράκοντα λαύρου καταχεομένου. κτλ.* a Benedicto Niese in solo epitomes Iosephi codice Berolinensi Philippico 222, olim Meermanniano 1625[2]) inventus est; ille codex enim exhibet hunc numerum a Zonara traditum '*κατὰ τὸ χιλιοστὸν ἑξακοσιοστὸν πεντηκοστὸν ἕκτον ἔτος ἀπὸ Ἀδάμ*', quem Niesius e Zonara antea emendaverat,[3]) cum reliqui codices antiquiores epitomes *ἑξακοσιοστὸν* omisissent. Qua re efficitur, ut illa controversia, de qua Büttner-Wobstius (l. c. 127) scripsit, expedita et manifestum nunc sit, Zonaram non evolvisse Eusebii historiam ecclesiasticam, ut Schmidtius opinabatur.[4]) Quamquam in omnibus fere cum Büttner-Wobstio consentio, quae de libro primo et secundo epitomes exposuit, tamen non probo, quae de interpretationibus rerum theologicarum insertis, ubi Zonaras nomen auctoris non laudavit, dixit, quas a Zonara ipso, qui iam tum in rebus theologicis diligenter versatus esset et

1) Comment. Fleckeis. 120 sqq.

2) Epit. arch. Flav. Ios. libell. VII, III/IV. ed. Niese.

3) Epit. arch. Ios. libell. I, 5, 32.

4) Neque fieri potuit, quin Zonaras in hoc numero tradito 'Lepten-Genesin' inspiceret, quae diversis in locis 1308 annum diluvii produxit. (Rönsch, das Buch der Jubiläen od. Kleine Genesis 1874, 312—14 de Zonara; 221; 241; 289; 359; 371 adn.). Omnino nego Zonaram, etsi (I, 18, 4 ed. Bonn) *Λεπτὴν Γένεσιν* non auctorem adhibiturum esse se dixit, tamen non quaedam ea teste tradidisse videri, ut I, 17 ubi narrat, potestates caelestes ante cetera esse creatas, quae modo legimus in Lepte Genesi. Praeterea reperiuntur vestigia Leptes Geneseos I, 17, 25, 38, 40 ed. Dindorf. et conferri possunt pg. 36, 38, 52 ed. Bonn. cum iis libri Iubilaeorum 21, 26, 41. (Rönsch 312/14). Quae vestigia ad epitomen Iosephi referre non dubito; vide I, 70, 71; II, 184, 185; 203.

opera theologica perlegisset, additas esse putavit; non probo, quoniam epitome primum Zonarae opus ipseque antea otiosus fuit neque quidquam egit nisi poenitentiam. Itaque persuasum habeo, eas res (I, 35, 12; 41, 21; 58, 5; 51, 11—16; 31, 17; 143, 4)[1]) posteaquam Theodoretum, Scylitzen vel Cedrenum in epitome scribenda adhibuit, addidisse et inseruisse Zonaram, ut libro tertio, ubi Zonaras Theodoretum et a XV. capite Xenophontis Cyropaediam[2]) ascivit, Büttner-Wobstius (l. l. pg. 135) de somniorum interpretatione[3]) et de iis, quae capitibus 11—14 continentur,[4]) concedit.[5])

1) I, 35, 12: *Γίνεται τοίνυν τῷ Ἀβραὰμ παῖς ἑκατὸν γεγονότι ἐνιαυ-*
τῶν ἐκ τῆς Σάρρας, ὃν ὁ θεὸς Ἰσαὰκ καλέσαι προσέταξε· δηλοῖ δὲ τὸ
ὄνομα γέλωτα· ἢ ὅτι μειδίαμα τῇ Σάρρᾳ ἐγένετο, τέξεσθαι αὐτὴν τοῦ
θεοῦ χρηματίσαντος, διὰ τὸ τῆς ὑποσχέσεως δύσελπι, παρήλικι οὔσῃ καὶ
μὴ προσδοκούσῃ τεκεῖν (ἐνενήκοντα γὰρ ἐτῶν τὸν Ἰσαὰκ τεκοῦσα ἐτύγ-
χανεν), ἢ ὅτι γέλωτος ὑπόθεσις τοῖς γονεῦσι τὸ παιδίον ἐγένετο, θυμηδίας
δηλαδὴ καὶ χαρᾶς. 41, 19: *ὁ δὲ τὸ κρατῆσαι θείου ἀγγέλου μεγάλων*
ἀγαθῶν σημεῖον ἡγεῖσθαι δεῖν ἔλεγε, καὶ Ἰσραὴλ αὐτὸν καλεῖσθαι ἐκέ-
λευεν. τοῦτο δὲ οἱ μὲν ἄλλοι νοῦς ὁρῶν θεὸν ἑρμηνεύουσιν, Ἰώσηπος δὲ
τὸν ἀνιστάντα θείῳ ἀγγέλῳ σημαίνειν φησίν. 58, 5: *τὸ δὲ πάσχα ἄλλοι*
μὲν διάβασιν σημαίνειν φασίν, Ἰώσηπος δὲ ὑπερβασίαν, ὅτι κατ' ἐκείνην
τὴν νύκτα τοὺς Ἑβραίους ὁ θεὸς ὑπερβὰς Αἰγυπτίους ἐνέσκηψε τὴν τῶν
πρωτοτόκων φθοράν. κτλ. 51, 11—16: *καὶ τὸν σωτήριον ἐτύπου σταυρὸν*
cfr. Cedren. I, 68, 17 ed. Bonn. 31, 17: de urbe Tarso condita. 143, 4:
Σολομὼν . . . παρέλαβε τὴν βασιλείαν . . . δωδέκατον ἔτος ἀγών . . . cfr.
Cedren I, pg. 161.; Syncellos I, 342. ed. Bonn.

2) vide infra. adn. 4.

3) lib. III. cap. 2—11 sumpsit auctorem Theodoreti commentarium ad Danielem Iosepho seposito.

4) A pagina 247—260 ed. Bonn (211—224 ed. Dind.) libros sacros
'Iudith' et 'Tobias' contractos et abbreviatos, quamquam sibi ipsi et
verbis ipsis antea dictis repugnat, inseruit; unde Xenophontis liber,
qui est 'Cyropaedia' usque ad finem libri tertii ita exscriptus est, ut
Cyropaediam' 'en miniature' (Schmidt. Zonar. VI, Dind. XII) habeamus.
Praeterea quosdam locos inveni, qui non in iis, quos enumeravi, auctori-
bus leguntur, ut I., 207/208; I, 212, 14—214, 2; I, 223, 12 sqq.; I, 226, 11—17;
I, 224, 225, 231, 240, 10, ubi quaedam e Chronico Paschali, Polybio, Plutarchio
addita sunt. Sed hos locos, ut Büttner-Wobstius opinatur, postea insertos
esse ego quoque persuasum habeo, quod infra (pg. 44 adn. 3. et pg. 47.)
proferam. Nisi haec additamenta omnia ad unum auctorem referenda sunt.

5) Büttner-Wobstius, die Abhängigkeit des Geschichtsschreibers Zonaras von den erhaltenen Quellen. Comment. Fleckeis. pg. 135/6.

Aliis in tertio libro fontibus assumptis ineunte libro IV. rediit Zonaras ad Iosephum neque tamen diu, cum ipso primo capite Herodotum (III, 30, 61, 80/1, 87) adeat; sed hunc quoque locum postea a Zonara insertum esse suspicor, quia cum multis aliis locis, de quibus dubito an idem dici possit, tum in hoc loco verba Zonarae ab iis, quae praeierunt, discrepant; nam etsi Iosephi epitomen secutus narravit Cambysen septem annos regnasse et ex Aegypto subacta reversum Damasci obiisse (Zonar. I, 305, 6 ed. Bonn.), tamen paulo post (I, 306, 22) Herodoto auctore illum Ecbatanis, in urbe Syriae, mortuum esse tradit. Eandem fere inconstantiam in tertio libro iam invenimus, ubi Nabuchodonosorem, qui vulgo Nebucadnezar audit, Iosepho teste (III, 4) iam mortuum (III, 11) rursus viventem bellumque suscipientem fecit libro sacro 'Iudith' inscripto teste.[1]) Eodem modo in libro IV. Alexandrum Magnum paulo ante mortuum Plutarcho duce statim Tyrum obsidere Iosepho teste narrat (I, 353 ed. Bonn.; I, 304 Dind.). Quos errores non commisisset Zonaras, si opus suum diligentius elaborasset confectosque libros perlegisset. Hos igitur locos, quos commemoravi, a Zonara ipso opere confecto neque iterum perlecto insertos esse puto, praesertim cum principalis fons eodem saepe loco, quo interruptus est, inserto altero auctore pergat; cfr. Zonarae contextum I, 284, 10/16 et I, 304, 27 sqq. ed. Dind. cum Iosephi XI. ep. I. 8, 3 et 8, 4; I, 263, 10/14 et 268, 23 sqq. c. Ios. XI, II, 2 et XI, III, 1. Ac narratiunculam quidem, quam Zonaras exeunte capite XIV. libri IV. de Alexandro Magno eisdem fere verbis atque Arrianus (331, 2—11 cap. VII, 27 ed. Abicht)[2]) memoriae prodidit, e libro Plutarchi manuscripto, qui praecipue hic fons summus est, interpretationibus et additamentis illustrato esse exhaustam A. Schmidtio (Zonar. VI, XVIII Dind.) plane assentior ac non Büttner-Wobstio, qui a Zonara ipso ex Arriano ipso eam additam esse vult.[3]) Fieri potest, ut Zonaras in componendo libro usus sit Plutarchi manuscripto, in quem iam haec narra-

1) cfr. pg. 39, adn. 4.

2) Schmidt, ed. Dind. VI, XVIII.

3) Comment. Fleckeis. pg. 137. sq.

tiuncula ex Arriano a librario quodam adscripta, quasi esset eius ipsius transierat, quod non raro evenisse nemo negat. In capitibus, quae hoc XIV. caput libri IV. sequuntur, omnia e Iosepho uno loco excepto sumpsit; I. pg. 359, 12—18 (310, 7 sqq. ed. Dind.) quaedam de LXX conscribenda commemorat, quae apud Epiphanium[1]), Iustinum, Irenaeum leguntur et quae postea addita esse volo a Zonara, quamquam Büttner-Wobstius putat, ea esse addita potius legendi fructus, quos ex tempore addidit. Hoc unum nusquam consideratum est Zonaram ab amicis, quorum monitu historiae scribendae se tradidit, nonnulla comperisse[2]), praesertim cum amici essent monachi et rerum ecclesiasticarum multo peritiores Zonarā. Cur dubitemus, quin Zonaras eos interdum consuluerit et ab iis de quibusdam rebus edoctus sit, quae incognitae erant? Quodsi concedimus, multa, quae erant dubia, sunt aperta.

Liber V. et pars maior libri VI. e Iosephi epitome manaverunt, de quibus libris pauca addenda sunt. Unius rei enim mentionem facere liceat. Zonaras enim refert (I, 399, 20—400, 1 sqq.) permagnum illud munus, quod Aristobulus Pompeio miserat, '*ἄμπελον χρυσῆν ἐκ πεντακοσίων ταλάντων*', Iosephum ipsum Romae vidisse; quem errorem Zonarae non crimini tribuendum esse inde intelligitur, quod non dubium est, quin Zonaras hunc errorem iam in epitome legerit, id quod antea suspicatus eram epitome Iosephi nondum edita. Compono, cum Büttner-Wobstius rem neglexerit, hos locos:

Flav. Ios. arch. int. XIV, 3, 1.	Zonar. I, 399, 28—400, 2 (I, 345 ed. Dind.)	Ios. epit. libell. VI, 213, 2. ed. Niese.
Ἔπεμψε γὰρ αὐτῷ μέγα δῶρον Ἀριστόβουλος ἄμπελον χρυσῆν ἐκ πεντακοσίων ταλάντων. Μέμνηται δὲ τοῦ δώρου καὶ Στράβων ὁ Καππάδοξ, λέγων οὕ-	*Μετ' οὐ πολὺ δὲ Πομπηΐου ἀφικομένου εἰς Δαμασκόν, ἧκον πρέσβεις πολλαχόθεν τε καὶ ἐξ Ἰουδαίας, δῶρον ἐξ Ἀριστοβούλου μέγα κομίζοντες, ἄμ-*	*Μετ' οὐ πολὺ δὲ Πομπηΐου εἰς Δαμασκὸν ἀφικομένου καί κοίλην Συρίαν ἐπιόντος ἧκον πρὸς αὐτὸν πρέσβεις ἐξ ὅλης Συρίας καὶ Αἰγύπτου καὶ ἐκ τῆς Ἰουδαί-*

1) Epiphanius, de mensuris et pond. II, 161 ed. Petav. — Iustin. Mart. Cohort. ad Graec. c. 13. — Irenaeus advers. haer. III, 21, 2.

2) Scylitzes confitetur se multa a viris senioribus audita narrasse prooem. Cedreni a Bekkero editi. Bonn. pg. 5. *καὶ ὁπόσα ἀγράφως ἐκ παλαιῶν ἀνδρῶν ἐδιδάχθημεν.*

τως· Ἦλθε δὲ καὶ ἐξ Αἰγύπτου πρεσβεία ... τὸ δημιούργημα. Τοῦτο μέντοι ἱστορήκαμεν καὶ ἡμεῖς ἀνακείμενον ἐν Ῥώμῃ ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Διὸς τοῦ Καπετωλίου ἐπιγραφὴν ἔχον Ἀλεξάνδρου τοῦ τῶν Ἰουδαίων βασιλέως. Ἐτιμήθη δὲ εἶναι πεντακοσίων ταλάντων. Ἀριστόβουλον μὲν οὖν τοῦτο λέγεται πέμψαι τῶν Ἰουδαίων δυνάστην.	πελον χρυσῆν ἐκ πεντακοσίων ταλάντων. ταύτην φησὶν ὁ Ἰώσηπος ἐν Ῥώμῃ θεάσασθαι, τῷ Καπετωλίῳ ἀνατεθειμένην Διί.	ας. ἔπεμψε γὰρ αὐτῷ μέγα δῶρον Ἀριστόβουλος ἄμπελον χρυσῆν ἐκ πεντακοσίων ταλάντων. μέμνηται δὲ τοῦ δώρου καὶ Στράβων. τοῦτο μέντοι τὸ δῶρον ἱστορήκαμεν καὶ ἡμεῖς ἀνακείμενον ἐν Ρώμῃ τῷ ἱερῷ τοῦ Διὸς τοῦ Καπετωλίου ἐπιγραφὴν ἔχον Ἀριστοβούλου τοῦ τῶν Ἰουδαίων βασιλέως.

Atque illa quidem, quae ad '*βίβλους νομικάς*' pertinent, quos libros bis citavit[1]), persuasum habeo ex iis esse, quorum memoria animum Zonarae subierit, praesertim cum antea '*πρωτοασηκρήτης*' in rebus iuridicis versatum esse Zonaram constet.

A libri VI. capite XVIII. epitome Iosephi deposita bellum Iudaïcum Iosephi adhibuit auctor; sed reputans, qua ratione exhauserit illum Iosephi librum, qui est de archaeologia Iudaeorum, facere non possum, quin epitome quoque huius libri, qui est de bello Iudaico, usum esse fonte Zonaram dicam, quamquam Benedictus Niese a me interrogatus negavit epitomen belli Iudaïci exstare.

Reliquum est, ut in libro VI. pertractando de numeris, quos Dione auctore (56, 30; 58, 28) indicasse videtur Zonaras, (VI, 4; 9) dicam. Quamquam nunc epitome Iosephi nondum ad hos locos edita nihil certi dici potest, utrum Zonaras ipse hos numeros posterius e Dione (56, 30; 58, 28) correxerit an eos iam in fonte (epitome) e Dione correctos invenerit, tamen hoc maxime probo, Zonaram iam in fonte suo eos, quos tradidit numeros, legisse; quam sententiam edita tota epitome Iosephi confirmatum iri spero.

Iudaïcis autem rebus in primis VI. libris pertractatis novis omnino auctoribus utitur Zonaras, quibus ducibus historiam

1) Zonar. I, 453, 7; II, 280, 2. ed. Bonn.

Romanam, ut pollicitus est in supremo capite libri VI., ab Aenea incipiens enarrat in libris, qui sequuntur (VII—XVIII). Cum etiam in libris VII—XII raro testes suos laudaverit, ii inquirendi erant, quibus fidem habuisset scriptores. Perinde ut in libris prioribus (I—VI) duos fontes praecipue adhibuit, ita in his duos auctores simul exscripsit et contraxit: sunt Cassii Dionis historia Romana et Plutarchi vitae parallelae, quas potissimum ad historiam Romanam describendam elegit et quas occasione data, sed admodum raro nominavit. Iam primum de fontibus librorum VII, VIII, IX breviter disseremus. In his libris Zonaras Dionem et Plutarcheas vitas Romuli, Numae, Camilli, Poplicolae, Aemilii Pauli adhibuit, quod quicunque Zonaram cum Plutarcho et fragmentis librisque, qui supersunt Dionis vel feruntur, comparaverit et libellos Adolfi Schmidt et Theodori Büttner-Wobst[1]) perlegerit, intelleget. Dionis opus est fons potissimus, Plutarchi vitae alter, saepissime alter altero suppletur vel hic illic alterius contextus alteri fonti quasi inculcatur. Nonnulla quidem Dionis opere a Melbero edito explanabuntur.[2]) Herodotum, Appianum, Polybium, quos quidem nominavit, inspexisse Zonaram omnino nego, sed eorum nomina ad auctorem principem referenda sunt. Sententia, quam Nissenius[3]) protulit dicens Plutarchea vestigia in Zonara inventa e Dione, qui Plutarchum habuisset, orta esse, nunc Hauptii[4]) et Büttner-Wobstii libellis refutata est; nam Zonarae et Plutarchi contextus inter se comparati docent Zonaram Plutarcho ipso fonte usum esse.[5]) Ceterum quae de his libris Schmidtius,

1) A. Schmidt, üb. d. Quellen d. Zonar. vol. VI. ed. Dind. XXIV. sqq. et Büttner-Wobst, Comm. Fleckeis. 142 sqq.

2) Interea Dionis editio Melberi prodiit (vol. I.), quae non explicat dubias res. cfr. praef. XVIII. Spero autem editionem, quam Boissevainius curaturus est, magis aucturam esse studia Zonarea.

3) Nissen, kritische Untersuchungen zur IV. u. V. Dekade des Livius, pg. 308.

4) Haupt, Hermes XIV, 441 sqq. et Büttner-Wobst, comm. Fleckeis. 142 sqq.

5) Quamquam hic quoque suspicor Zonaram iam excerpta Plutarchea ante oculos habuisse, praesertim cum Plutarchum libentissime a Byzantinis scriptoribus in brevius contractum et retractatum esse notum sit (Büttner-Wobstius l. c. 145, 22 et adn. I) et excerpta Plutarchea

Zander[1]), Büttner-Wobstius exposuerunt, probo. Quod attinet ad penuriam librorum, quam Zonaras libro IX exeunte questus est, libros Dionis et vitas Plutarchi accipere non potuit haud scio an propterea, quod iam deperditi erant. Itaque evenit, ut Zonaras historiam a Corintho deleta usque ad imperatores omiserit; qua de causa ab iis, qui lecturi sint epitomen, veniam petit.

Sed de hac parte hactenus, nunc de altera operis parte, ut Zonarae ipsius partitione utamur, agemus, de libris X—XVIII,[2]) in quibus eadem ratione atque in prioribus libris duo semper fontes principales cognosci possunt. Usque enim ad XV. caput libri XII. fons summus manet Dio Cassius,[3]) quem historias Romanas non ultra annum 229 p. Chr. deduxisse constat.

Praeter hunc Plutarchum[4]) in libro X. praecipue et Eusebii historiam ecclesiasticam testes sibi ascivit in libris XI. et XII.; quos auctores omnes in Pinderi et Dindorfii editionibus subnotatos et apud Schmidtium[5]) et Büttner-Wobstium commemoratos invenimus. Quorum vestigia cum secutus sim neque quidquam invenerim, quod discreparet, eorum sententiae accedo.

Aliter autem res se habet ab capite XV. libri XII., ubi desinit Cassii Dionis historia. De auctore, quem inde Zonaras

---

exstent cfr. Spir. Lambros, *Πλουτάρχεια ἀπανθίσματα ἐν Ἁγιορειτικῷ κώδικι τῆς μονῆς Διονυσίου* Athen. 1888 (90. Sammelband Excerpte aus Biographien Plutarchs) et *Τὰ κατὰ τὴν ἑορτὴν τῆς πεντηκονταετηρίδος τοῦ Ἐθνικοῦ Πανεπιστημίου ἐκδιδόμενα ... ἐπιμελείᾳ ... Γεωργίου Καραμήτσα πρυτάνεως.* Athen. 1888, 315—337. — Byz. Ztschr. II (1893), 611/12.

1) Zander, quibus e fontibus Joannes Zonaras hauserit annales suos Romanos 1849. Ratzeburg.

2) cfr. pg. 33. — Du Cange ed. Bonn. XIV. sq.: *Ἀρχὴ τῆς περὶ τῶν αὐτοκρατόρων ἱστορίας.*

3) Melber, Dio Cassius vol. I. praef. XIX. — Ac Dionem quidem Cassium non integrum puto fontem adhibuisse Zonaram, sed etiam contractum in epitomen. Mihi omnino persuasum est, nisi ad libros I—IX iam unum solum auctorem ante se habuit, a libro X. Zonaram historiam imperatorum certo exscripsisse, quoniam a X. libro alteram partem coeperit. cfr. Hultsch, ad Cassium Dionem, Jahni Annal. 141. vol. (1890) 290 sqq.

4) Doehner, Quaest. Plutarch. IV, 22 sqq.

5) l. l. XXXIX sqq. — Comment. Fleckeis. 150. sqq.

exscripserit, viri doctissimi alius aliud suspicati sunt.[1]) Inter omnes constat hunc fuisse continuatorem Dionis vel potius e Mommsenii[2]) sententia auctorem quendam posteriorem, qui Dionis historias et alios scriptores retractaverit, mutaverit, abbreviaverit. Qua re A. Mai opinio,[1]) ex qua continuator, qui immutatum Dionem excepisset, coniciebatur, est refutata. Neque fieri potest, ut Ioannes Antiochenus fuerit anonymus ille auctor, quem fuisse Maius et Mommsenius putabant, postquam Boissevain et Sotiriades hanc rem perscrutati sunt. Quis fuerit hic auctor, non iam dubium est, cum Carolus de Boor Niebuhrio auctore accommodate ad persuadendum docuerit Petrum Patricium esse illum Anonymum, quamquam antea Theodorum Lectorem[3]) esse dixerat, quod ab initio non probavi. Petrum Patricium fuisse illum, qui Mommsenio teste Dionem retractavit, abbreviavit, mutavit et cuius historias cum aliis scriptoribus usui fuisse tum in excerptis reliquias exstare praecipue Constantini Porphyrogenneti (912—959) constat, confirmari hac re puto. Apud Georgium enim Monachum (ed. Muralt 312), ubi verba facit de excidiis diversis Hierosolymorum et de vaticinationibus Iudaeis datis, ab excidio anno

---

1) Th. Büttner-Wobst, Studia Byzantina, Progr. d. Kreuzschule Dresden 1890. — E. Patzig, Joannes Antiochenus, Fr. 200 Salm. et Prokop. Byz. Zeitschr. II (1893) 591. — E. Patzig, Unerkannt u. unbekannt gebliebene Malalasfrg. Lpz. 1891. — E. Patzig, Joh. Antiochenus u. Malalas Lpz. 1892. [Byz. Zeitschr. II, 158.] — Haupt, Hermes XIV, 297 sqq. — Carolus de Boor, römische Kaisergeschichte in byz. Fassung. I. Anonymus post Dionem. Byz. Zeitschr. I (1892), 13 sqq. et 25 sqq. II. Die Salmasischen und Treuschen Excerpte. Byz. Zeitschr. II, (1893), 195 sqq. (cfr. pg 53.) — Treu, Excerpta Salmasiana, Progr. Ohlau 1880. — A. Mai, Scriptorum veterum nova collectio II, 197 sqq., 234. — Niebuhr, Dexippi etc., quae supersunt ed. Bonn. XXIV. — Müller, F. H. Gr. IV, 191. — Mommsen, Hermes VI, 82. — Boissevain, de Excerptis Planudeis et Constantinianis, Progr. d. Erasm. Gymn. Rotterdam 1884. — Hermes XXII, 162 sqq. — Sotiriades, Zur Kritik des Johannes v. Antiochia, Fleckeis. Ihbb. Supplem. Bd. XVI, 29 sqq. — Mendelssohn, Zosimi ed. praef. XXXIV. A. 1 et Herodian XVI. A. praef. — Köcher, de Ioanne Antioch. aet. font. auctor. Bonn 1871, 16 sqq.

2) Mommsen, Hermes VI, 82.

3) Carol. de Boor ed. Theoph. praef.

70 p. Chr. facto 500 annos praeterisse legimus, quem annorum numerum ille, cum ipse saeculo IX. vitam ageret e suo teste, exscripsit, qui quin sit ille Anonymus christianus, non iam incertus auctor Petrus Patricius, non dubito. Cedrenus autem, quem Georgio Monacho usum esse notum est, prudentius auctore suo addit (I, 410, 6 ed. Bonn) Georgii Monachi verbis '*νῦν δὲ οὐδὲν τοιοῦτον γεγένηται, ἀλλὰ πεντακοσίων ἐτῶν*' haec '*νῦν δὲ χιλίων ἐξ ἐκείνων διελθόντων, οὐδὲ αἴνιγμα τοιαύτης μεταβολῆς ὁρῶμεν φαινόμενον οἷον τὸ πρότερον.*' Quibuscum conveniunt ea, quae sunt nota de aetate Petri Patricii, qui Iustiniani I. (527—565) imperatoris aequalis fuisse dicitur.[1])

Hic igitur auctor saeculi VI. Dionem, neque solum Dionem, sed alios quoque auctores contraxit eiusque opus annis sequentibus rursus retractatum et mutatum potissimum secuti sunt scriptores, qua re efficitur, ut cum ubique vestigia eius animadvertamus tum apud eos, qui Constantini Porphyrogenneti auspiciis libros excerpserunt.[2]) Quid mirum, si iis temporibus, quibus omnes reliquiae antiquorum scriptorum colligebantur ac ratione et via exscribebantur, hoc opus Petri Patricii retractatum alioque opere fortasse ecclesiastico[3]) contaminatum est? Quod opus fortasse deperiit, nisi illud est, quod Thraemerus[4]) commemoravit esse in bibliotheca Moscaviensi, ubi in codice Coisliniano quodam annales libros Petri Alexandrini ad hunc diem incogniti cuiusdam, qui usque ad annum 912 pertinere dicuntur, invenit. Utrum hoc an aliud eiusdem generis opus fuerit Zonarae fons, ea quaestio nobis in posterum differenda est, sed nunc hoc dico, quamquam non dubito, quin duo fontes in

---

1) Krumbacher, Byz. Litteraturgesch. 46 sqq. — Carolus de Boor l. c. I, 29.

2) Carolus de Boor l. c. I, 17. Wir haben es unzweifelhaft mit einem Reste der historischen Encyclopädie des Constantinus Porphyrogennetos zu thun.

3) Carolus de Boor l. c. III, 196.

4) Beilage der Münchner Allgem. Zeitung v. 4. Januar 1892. Chronicon Petri Alexandrini in codice Coisliniano usque ad annum 912 pertinens commemoratur. cfr. Spiridion Lambros, byz. Desiderata. Byz. Ztschr. I (1892), 187/88. — Albrecht Wirth, Aus orientalischen Chroniken, Francof. a./M. 1894. XXVIII et adn. (Krumbacher recensuit Wirthii opus. Byz. Ztschr. 1894. III. (Heft III/IV) pg. 607 sqq.)

Zonarae operibus semper cognosci possint, qua de causa usque ad hunc diem illum ipsum ex duobus auctoribus hausisse putatum est, attamen quo diutius his studiis vaco, eo magis mihi persuaderi uno omnino fonte, qui continuit omnes ab illo commemoratos auctores iam excerptos, Zonaram usum esse, praesertim cum libelli Caroli de Boor[1]) meam opinionem, quam iamdudum fovi, firmaverint; quam me demonstraturum esse aliquando spero.

Non adducor igitur, ut illum Eusebio ipso historiae ecclesiasticae fonte usum esse existimem, sed, ut supra dixi, epitome quadam eum usum esse dixerim, in qua res et profanae et ecclesiasticae iam elaboratae et coniunctae erant. Item Xiphilini epitomen Dionis historiae[2]) Zonaram certe fontem adhibuisse nego, quia auctor noster uberius quam Xiphilinus quaedam mandavit memoriae. Quibus dictis neque cum Ieepio[3]) consentire possum, qui Eunapium, Sozomenum, Philostorgium a Zonara auctores adhibitos esse vult neque Dindorfii sententiam[4]) probo, qui quod Zonaras ipse nihil de fontibus suis in ultimis libris exscriptis adnotaverit, fontes indagari non posse censet. Nam in libro XIII. invenimus auctoris illius Anonymi, nunc certi, Petri Patricii vestigia, quae iam libro XII. extremo cognoscebantur; item vestigia alterius fontis Theophanis vel Georgii Monachi inveniuntur, quae e sententia supra prolata ad auctorem unum, qui hos auctores expilaverat et Zonarae usui erat, refero[5]); qua re efficitur, ut nunc fontes auctoris, quem Zonaras exscripsit, inquirendi sint[5]). Hunc auctorem saeculo IX. exeunte vel saeculo X. operibus profanae historiae Petri Patricii, Theophanis aliorumque cum excerptis ecclesiasticarum historiarum Theodori

---

1) Carolus de Boor, Byz. Ztschr. I, 13 sqq.; II, 1 sqq.; 195 sqq.

2) non consentio cum Boissevainio (Hermes 26 (1891), 440—452), qui contra Büttner-Wobstium dixit Zonaram iam a capite 21. libri XI. Xiphilini epitome usum esse.

3) Ieep in annalibus Fleckeis. XIV. suppl. pg. 64. sqq.

4) ed. Dindorf. III, 168 adn.

5) cfr. 44, adn. 3. — Carolus de Boor, Byz. Ztschr. I (1892), 29; II (1893), 196.

Lectoris et Ioannis Diacrinomeni coniunctis novam epitomen totius historiae profanae et ecclesiasticae[1]), ut supra exposuimus, composuisse verisimile est, praesertim cum Constantino Porphyrogenneto imperante opus eiusdem generis fieri aut effici potuerit, cuius vestigia et in aliis scriptoribus et apud Zonaram occurrunt, quae per libros a capite XVI. libri XII. incipientes usque ad caput XV. libri XV. persequi possumus, ubi initium regni Michaelis I. Rhangabe (811—813) narratur et Theophanis historia desinit. Cum igitur Theophanes hic desistat, cuius opus a Constantino Porphyrogenneto eiusque administris et sociis excerptum esse constat, et cum Theophanis continuatores (*οἱ μετὰ Θεοφάνην*) hinc incipiant et Scylitzes, qui cum continuato Theophane usque ad Porphyrogennetum Constantinum ferme congruit, et Zonaras, ut Ferdinandus Hirsch demonstravit, Scylitze quibusdam e Georgio Monacho et aliis scriptoribus, qui adhuc incogniti sunt, additis auctore praecipue usus sit, ad hunc diem Zonaras Scylitzen et Georgium Monachum alterum ex altero complens exscripsisse et adhibuisse fertur. Ex iis autem, quae supra dixi, meo iure censere mihi videor, Zonaram illo incerto auctore, qui historiam universam temporibus Constantini VII. et usque ad illum imperatorem scripsit, cuius opus non iam exstat vel illius Petri Alexandrini[2]) cognoscitur, eodem modo quo Scylitzen usum esse usque ad annum 912 et, postquam ille desiit, tum Scylitzen sibi testem ascivisse, praesertim cum, ut F. Hisch[3]) animadvertit, inde Zonaras se Scylitzae propius applicaverit, qui fons manet usque ad annum 1081, ad quem Scylitzes-Cedrenus historiam suam deduxit. Ac de Georgio Monacho quidem nihil certi dici potest, priusquam illa editio Georgii Monachi Muraltiana, quam solam nunc ha-

1) cfr. 46 adn. 2 et 4. — Carolus de Boor, Byz. Ztschr. I (1892), 29; II (1893), 196.

2) Petri Alexandrini opus editurus videtur Dr. Thraemerus, id quod suspicari possumus ex adnotatione A. Wirthii l. l. adn. I. Hoc opere edito sperare possumus fore ut ea coniectura demonstretur.

3) F. Hirsch. byz. Studien 390: In der Geschichte der folgenden Kaiser finden sich nur sehr wenige nicht auf Scylitzes zurückzuführende Angaben etc. (von Leo VI. 886—911).

bemus et in qua loci Zonarae verbo tenus[1]) inveniuntur, critica ratione melior est facta.[2]) Qualis nunc est, omnia miscet et turbat.[2]) Quoniam vidimus Zonaram Scylitze auctore usque ad caput XIX. libri XVIII. usum esse, in ultimis capitibus (XX—XXIX) eiusdem libri historiam suo Marte composuit et, cum historia temporum suorum, imperii Alexii Comneni, (1081—1118) sit, multa memoriter narravit, nisi acta diurna Constantinopolitana adhibuit et ab amicis suis nonnulla[3]) comperit. Certum aliquem fontem in hac parte operis invenire non possumus; nam neque Nicephori Bryennii[4]) opus neque Alexias Annae Comnenae, ut opinatur Dindorfius (ed. Zonar. IV, IV), cum Zonara sic congruunt, ut eum ex illis operibus quaedam sumpsisse putemus. Unus quidem locus verbo tenus fere cum aliquo epitomes, quae exstat Alexiadis, consentit, sed hic e Zonara, ut iam Carolus Neumann (l. c. pg. 30.) exposuit, in illam epitomen Alexiadis eodem fortasse modo translatus est, quo verba et locos Zonarae in Georgii Monachi editione Muraltiana reperimus.

Iam nihil habeo, quod de fontibus ipsis addam. Quodsi non tam perfecte tamque plane ultimorum librorum fontes in hac prima parte pertractavi, veniam peto et polliceor me in altera parte accuratius in fontes inquisiturum esse. Hoc differam, dum tam idoneae tamque bonae editiones Georgii Monachi, Leonis Grammatici, Scylitzae erunt editae, qualem nunc habemus Theophanis editionem, quam curavit Carolus de Boor. In hac parte id agebam, ut quaecunque de Zonarae vita definiri possent, in lucem proferrem et quaecunque de scriptis, praecipue de epitome, foras data essent, colligerem, ut eis, quae Spiridion Lambros[5]) desideravit, partim obsequerer in iis, quae ad Zonaram

1) Georg. Monach. ed. Muralt. pg. 864, 880/81, 882/84, 887, 906/7, 910/11 cfr. cum Zonar. IV. vol. Dind. pg. 92, 6—26; 182, 17—184, 12; 191, 18—192, 6; 196, 3—197, 8; 219, 2; 228, 12—229; 230; 232—235, 4.

2) Carolus de Boor, (Byz. Ztschr. II, [1893] 1/2 sqq.) praemolitur novam editionem Georgii Monachi perinde atque H. Seger editionem Scylitzae (Byz. Ztschr. I, [1891] 187. Anm.).

3) pg. 41.

4) De Nicephoro Bryennio egit Ioannes Seeger in libro, qui est 'Byz. Historiker d. 10. u. 11. Jhhdt. I, Nicephorus Bryennius'.

5) Spiridion Lambros, byz. Desiderata I. pg. 185. sqq. Byz. Zeitschr. (1892).

pertinent. Neque tamen, quamquam sedulo operam dedi, clarius quidquam intellegere neque plus novi proferre potui; itaque breviter complexus sum, ad quem exitum pervenerit quaestio mea. Quicunque enim in 'rudi illa indigestaque mole', ut Ovidii verbis utar, Byzantinorum auctorum versatus erit, mihi consentiet nobis ad dilucide ac perspicue eos intellegendos per totam vitam opera eorum esse pertractanda. Iam liceat primum breviter, quos fontes inveni, eos unum sub aspectum subiciam et colligam:

	I. fons.	II. fons.
Zonar. I. et II.	Iosephi epitome arch. Iud.	libri sacri
" III, 1—10	Theodoreti commentarius in Danielem	Iosephi epitome
III, 11—12	liber Iudith (LXX)	
13—14	liber Tobias	
14—26	Xenophontis Cyropaed.	
" IV, 1	Iosephi epitome	Herodotus
1—3	Herodotus	
3—7	Iosephi epitome	
7—14	Plutarchi Alexander	fin. 14 Arrianus cfr.
14—24	Iosephi epitome	
" V. et VI, 1—17	Iosephi epitome	
VI, 18—29	Bellum Iudaïc. Iosephi	29. cap. quaedam Dionis
" VII.	Dionis hist. rom.	Plutarchi: Romulus, Numa, Poplicola, Camillus.
" VIII.	Dionis hist. rom.	
" IX.	Dionis hist. rom.	
" X, 1—6	Plut. Pompeius	
7—11	Plut. Caesar	
12—20	Dionis hist. rom.	19, 20 Plut. Brutus
21	"	
22	"	Plut. Antonius
23—28	"	
29	"	"
29—39	"	
" XI.	Dionis hist. rom.	Euseb. hist. eccl.
" XII, 1—14	Dionis hist. rom.	Euseb. hist. eccl.
15—34 [1])	Dionis continuator	Euseb. hist. eccl.
" XIII.	Dionis contin. anonymus christ. (Petrus Patricius?)	Theophanes, Georgios Monachos, Cedrenus, excerpta Salmasiana adhibiti esse videntur

	I. fons.	II. fons.
Zonar. XIV, 1—20	Continuator Dionis	Theophanes, Georgios Monachos, Cedrenus, excerpta Salmasiana adhibiti esse videntur
20—28	Theophanes et continuator eius	Cedrenus, Georg. Monach.
" XV, 1—16		Anonymus [1]) auctor anni 912.
16—29	Scylitzes apud Cedrenum II, 43 ed. Bonn	Anonymus auctor anni 912., index patriarchorum et Georg. Mon.
" XVI.	Scylitzes ap. Cedren. II, 142 ed. Bon	Theoph. cont. Georg. Mon. cont. index patriarch. acta diurna? [2])
" XVII.		
" XVII, 1—19		
20—29	Zonaras suo Marte et ingenio historiam scripsisse videtur.	

Quamquam in hoc indice fontium nondum pro certo de omnibus auctoribus dicere potui, tamen inde intellegi posse videtur Zonaram plerumque duos auctores exscripsisse, quorum vestigia in singulis libris inveniuntur, quorumque verba partim in unum contexta sunt, ut Iosephi epitome cum LXX, Dio cum Plutarcho et Eusebio, Scylitzes cum Theophane, partim alter auctor solus excerptus est, qua in re saepissime erravit et historiam sibi repugnantem et confusam reddidit Zonaras; eodem modo unum fontem adhibuit. Sine iudicio, sine arte critica errores fontis repetere non dubitat. Saepissime autem errores ad fontem revocandos esse apertum est, velut '*τὸν ἀπὸ τοῦ Δαμασκοῦ Μνασέαν*' aliosque. Propterea sensim pedetentimque mihi persuasissimum est Zonaram non auctores ipsos, quos supra enumeravi, aut non integros adhibuisse, sed eos aut ab epitomatoribus breviatos aut, quod verisimillimum mihi videbatur, in compendio totius historiae ab Adamo usque ad annum

1) Ut iam supra exposui, facere non possum, quin mihi persuadeam Zonaram ab cap. XV. libri XII, nisi iam in libris prioribus, Petri Patricii historiam retractatam et rebus ecclesiaticis completam et continuatam ab incerto auctore, fortasse a Petro Alexandrino, exscripsisse usque ad cap. XVI. libri XV.

2) Certiores fontes nondum indicare possum.

fere 912 composito retractatos in manibus habuisse. Sed tamen dubito, num aliquando intellegere et perspicere possimus illas turbas,[1]) quas invenimus apud omnes auctores Byzantinos a saeculo IV. vel accuratius ab anno fere 518, cum permultos libros periisse constet, nisi in bibliothecis abditi libri manuscripti subito prodibuut, velut ille codex Coislinianus anno 1791 e St. Germani abbatia surreptus, qui nunc in bibliotheca Moscaviensi exstat. Qui ubi primum a Thraemero editus erit,[2]) nonnulla, quae nunc dubia sunt, futurum esse, ut explanentur et studia, quae ad Zonaram pertinent, adiuventur augeanturque, spero. Tum Zonaras aliter ac nunc aestimabitur, qui et nimis laudatus et nimis vituperatus est, quem inter omnes aetatis Byzantinae scriptores historiarum optimum esse constat, quia fontem non verbotenus expilavit, sed verba verborumque structuras mutavit et operam dedit, ut, quae in fonte suo continerentur, elegantiora referret; quod apud ceteros Byzantinos scriptores Anna Comnena excepta non invenitur. Cum igitur meliores, quorum opera aut perierunt aut hodie integra non exstant, scriptores conservaverit, nomen laudesque eius semper manebunt, nisi gloria privabitur Zonaras ab illo auctore incerto.

1) Carolus de Boor, (Byz. Zeitsch. II. [1893] 1 sqq.) illas turbas 'Urwald' dixit.

2) A. Wirth l. l. XXVIII, I. adn.

Additamentum.

Liceat componam eos, qui de Zonara ipso et ad Zonaram pertinentia scripserunt[1]):

Wilhelm Adolf Schmidt, Über die Quellen des Zonaras. Zeitschrift für die Altertumswissenschaft, Jahrg. 1839, 30—36; et apud Dindorf, Zonar. VI. vol. III – LX (fontes librorum I – XII).

Godofr. Klaiber, Observationes ad Zonarae bellum Punicum secundum. Stuttgart. 1825.

E. Zander, Quibus e fontibus Joannes Zonaras hauserit annales suos Romanos. Ratzeburger Progr. 1849.

J. A. Wynne, Quaeritur unde argumentum libri octavi Zonarae annalium petitum sit. Groning. 1860.

Ferd. Hirsch, Byzantinische Studien pg. 377—391. (813—965, XV, 19 —XVI, 23 Zonar.)

Paulus Sauerbrei, De fontibus Zonarae quaestiones selectae. Leipzig 1881. Diss. et in Comment. Jenens. phil. (1881) 1—81 (XV. liber). cfr. H. Haupt, Philol. Anzeiger XII (1882), pg. 88—92.

L. Jeep, Über das Verhältnis des Zonaras zu Eunapius. Jahns Jbb. Suppl. 14. 1885 (64 sqq.).

S. Röckl, Blätter für das bayer. Gymnasial-Schulwesen XXI. (1885), 4—19.

G. Sotiriades, Zur Kritik des Johannes von Antiochia § 48, pg. 36 sqq.

J. Melber, Über das Verhältnis des Zonaras zu Dio Cassius. Beiträge zur Neuordnung der Fragmente des Dio Cassius. Sitzungsbericht der bayer. Akademie der Wissenschaften, philos.-philol. Kl. 1889, 93—118.

Theod. Büttner-Wobst, Studia Byzantina pars I. Programm der Kreuzschule 1890, Dresden.

Theod. Büttner-Wobst, Die Abhängigkeit des Zonaras von den erhaltenen Quellen. Comment. Fleckeisenianae 1890, 120—170 (Ergänzung zu Schmidt).

Theod. Büttner-Wobst, Studien zur Textgeschichte des Zonaras. Byzant. Zeitschrift I (1892), 202 sqq. et 594, et Der Tod des Kaisers Julian. Philol. LI. (1892), 561—580.

Carolus de Boor, Römische Kaisergeschichte in byzantinischer Fassung. I. Anonymus post Dionem. Byzant. Zeitschrift I (1892), 13 sqq. et 25 sqq.; III. Die Salmasischen und Treuschen Excerpte. Byzant. Zeitschrift II (1893), 195 sqq.

1) Krumbacher, byzantinische Litteraturgeschichte pg. 145/146.

U. Ph. Boissevain, Zonaras' Quelle f. d. röm. Kaisergesch. von Nerva bis Severus Alexander, Hermes XXVI (1891), pg. 440—452. (Byzant. Zeitschrift I (1892), pg. 165.

Inspici possunt:

Reimari, praef. ad. Dion. 13. — Niese, Joseph. I, XXVIII; epit. Jos. praef. lib. I; VII. — Melber, Dio. Cassius I, X sqq. praef. — Th. Hultsch, Zu Cassius Dion., Jahn Jbb. 141 (1890), 290 sqq. — Niebuhr, Römische Geschichte II, 27 adn. 31. — Gelzer, Sextus Jul. Africanus II, 1, 296. — Haupt, Hermes XIV, 441. — Nissen, Kritische Untersuchungen zur IV. und V. Dekade des Livius, pg. 308. — Mommsen, VI, 82 Hermes; Hermes XX, pg. 328. — Carolus l. c. d. Boor. — E. Patzig, 1891. et 1892. Programm der Thomasschule, Leipzig; Byzant. Zeitschrift II, 158, 591. — Niebuhr, Dexippi etc. quae supersunt ed. Bonn. XXIV. — Mendelsohn, Zosim. XXXIV. A. I.; Herodian praef. XVI. adn. — Albr. Wirth, orient. Chroniken, Frankfurt a. M. 1894, XXVIII; XLII. — Carolus Krumbacher, Michael Glykas, 1895, Sitzungsbericht der Königl. bayer. Akademie zu München. — Gustav Meyer, Neugriechische Studien III (die lateinischen Lehnworte im Neugriechischen, Wien, Tempsky 1895).

Vita.

Max Heinemann a. d. XIII. Kal. Iun. MDCCCLXIV patre Ferdinando, quem anno LXXXIX h. s. praemature mortuum esse valde doleo, matre Ludovica e gente Knauthe Dresdae natus sum fideique evangelicae adscriptus sum. Primis litterarum elementis imbutus puer decem annorum in patriae urbis gymnasium, quod est ad aedem Stae. Crucis receptus sum, cui praeerat tum Hultschius, doctissimus ille magister. Maturitatis testimonio accepto a. h. s. LXXXIV Lipsiam me contuli studiis philologicis et historicis me daturus. Scholas frequentavi virorum doctissimorum Arndtii, Crusii, Curtii, Gardthauseni, Heinzii, Langii, Lindneri, Lipsii, Masii, Maurenbrecheri, Ratzelii, Ribbeckii, Richteri, Voigtii, Wachsmuthii, Windischii, Wundtii, Zarnckii. Sodalis fui proseminarii philologici, seminarii historici et paedagogii, societatum Wachsmuthianae et antiquariae Lipsianae. Examine publico anno h. s. XC. superato commendatus a Friderico Zarnckio scholam Keilhaviensem magister adii, unde uno anno praeterito Dresdam reversus 'probandi causa' gymnasio Wettiniano attributus sum. Simul vicarius fui in schola militari regia, quae nostro sermone 'Kadettenhaus' dicitur. Tum postquam inde ab anno XCII—XCIV praeceptoris munere functus sum in schola privata, quae Dresdae floruit Boehmio rectore, vicarius vocatus sum ad gymnasium, quod est ad aedem Stae. Crucis, ubi nunc praeceptor sum. Doctissimis illis, quos supra laudavi, viris cum omnibus tum Wachsmuthio et Lipsio gratiam semper habebo quam maximam.

Conspectus:



